Εἶναι· ποῖός τις ἐστι *Qualis sit* prooem. 4. * ὅτι τάτε ἐστὶν ἡ παλαίστρα *Hic est dominus palaestrae* 5, 4. * ἔστιν αὐτῷ ἢ στρατιώτης — *Laudat aut militem* — 8, 1. * ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ *Magnas pecunias sibi esse traiectitias* 23, 1. * ἔστι θεάσασθαι *Licet videre: videas* 2, 5. add. 10, 4. * εἰσὶ δ' οἳ — *Sunt etiam qui* — 8, 4. * πόσαι ἦσαν αἱ διφθέραι *Quanti venierint pelles* 4, 4. * ἅτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν *Hi omnes probi erant* 13, 3. * ὅπως μὴ ἄλλως ἔσαι *Vide ne aliter fiat* 24, 3. * ἐπιμεληθῆναι ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλαθος Αἰθιοψ ἔσαι *Curat vt pediſſequum habeat Athiopem* 21, 1. * ἱλαρὸς ἴσθι *Hilaris esto* 17, 3. * εἰς κοίρανος ἔστω *Imperium sit penes vnum* 26, 2. * τίς ἂν βέλτιστος *Quis esset optimus* 2, 1. * ὅταν ἡ θέα *Quum edantur ludi* 5, 3. add. 6, 3. * ὅταν ἡ ἄξιος ἐγγυητὴς *Quum fulloni est sponsor idoneus* 18, 2. * ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν *Ne sint iis inferiores* prooem. 3. * ἔναι αὐτῷ καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν *Esse sibi argumento etiam vultus magistratuum* 8, 2. * τοῦτα ἔναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα *Hos esse sibi gentiles morbos* 19, 1. * χειμῶνος ὄντος *Hieme* 14, 2. * προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν ἐν ὄντων *Quum quis facit vt credant alii et opinentur ipsi inesse bona quae tamen non sint* 23, 1. * τὰ ἐν γῇ βελτίω ἔσεθαι *Sata veriora fore* 3, 2. add. prooem. 3.

Εἶραν· ἀληθῆ ἐρεῖς *Vera dixeris* 17, 2. * προαποστέλλειν τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται *Praemittit qui nuntiet ipsum venire* 24, 2.

Εἴρων *Iron:* is qui simulat vel dissimulat aliquid vt aegre faciat, vt illudat, vt fallat alios 1, 1. add. prooem. 4.

Εἰρωνεία *Ironia* [Cic. de Orat. 2, 67]: *simulatio, dissimulatio;* quae fit vt fallas allos prooem. 4. 1, 1.

Εἷς· εἷς κοίρανος ἔστω *Imperium sit penes vnum* 26, 1. * ὅπως μήδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ *Ne vllius criminationibus pateret: ne ab vllo*, nec falso, *accusaretur* 23, 2. * ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ *Quum singulos loquacitate enecauit* 7, 2. * θεῖναι τὰς ψήφους — καθ' ἑξακοσίους κατὰ μίαν *Ponere calculos — sexcentos ita vt singuli calculi respondeant singulis hominibus et singulis calculis singulae summae eaeque diuersae* 23, 2. * τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν *Ex carminibus Homeri hunc vnum versum modo tenere* 26, 1. vbi vide notam.

Εἰς et ἐς· εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν *In publicum prodire* 19, 2. add. 4, 1. 4. 5, 3. 7, 3. 14, 1. 21, 1. 2. 23, 2. 27, 2. * κεκλημένος εἰς γάμους *Vocatus ad coenam nuptialem* 12, 2. * τοὺς τόκους — εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν *Numulos — in buccam condere* 6, 4. * ἐπειδὴ ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη *Postquam inter populares relatus* h. e. *ciuis factus, est* 28, 2. * εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων *Eum intuens* 2, 5. * θεραπαίνας — μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους *Ancillas conducit — quae prosequantur vxorem in publicum prodeuntem* 22, 3. * τοῖς τιμῶσι καὶ τοῖς πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς εἰπεῖν *Quum ei amici mittunt, honoris caussa, diebus festis fercula dono, dicit* 15, 2. * τοῦτο — εἰς ἐράνους εἰσενηνοχέναι αὐτὸν *Ea* [talenta] *se contulisse ad subleuandam amicorum inopiam* 23, 4. * ὀστοῦν εἰς τὸν ζωμὸν *Os medullosum, quo adiuuetur ius* 9, 2. * εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται *An clausae sint obice fores vestibuli* 18, 2. * εἰς κόλπον πτύσαι *In sinum spuit* 16, 4. * καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν *Cogit eos luctari et currere eum in finem quoad fatigentur* 15, 3. * ἄπαγ' ἐς κόρακας *Abi in malam rem* 25, 5. * γράψαι εἰς λόγον *Referre in rationes* 24, 3. * ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει *Se anno insequente agrum consiturum esse* 3, 2. * ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν *Reducere domum* 7. 3. * τρεῖς χαλκοὺς εἰς ὄψον δίδωσι *Tres chalcos, quibus obsonia emat, dat* 28, 3. * παρακαλεῖν εἰς περίπατον *Secum iubet deambulare* 12, 2. * τὸ ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα *Pallium intrudit in os* 2, 3. * δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν *Folium lauri ore tenens* 16, 1. * εἰς τίνα τρόπον κατενή-

τενήνεκται Quales ſint eius mores: quibus moribus, quo ingenio, praeditus ſit prooem. 4. * *εἰς τὰ ὑποδήματα ἦλας ἐγκρῦσαι Calceis clauos infigit* 4, 4. * *εἰς τὴν ὑστεραίαν Poſtridie* 9, 2. * *ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις Quum ſtudioſe quis et vnice hoc agit, vt obtrectet alios et de iis male loquatur* 28, 1. * *δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβαλὼν Bis ſal in ollam coniiciens* 14, 3. * *ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα Veſtes quaerere duorum talentorum* 23, 4. * *ἐν ὀρνιθοσκόπῳ Ad auſpicem* 19, 3.

Εἰσάγει πρὸς τὸν κατακείμενον Ducit in tentorium, introducit, ad iacentem 25, 5.

Εἴσειμι δίκην φεύγων καὶ τούτην εἰσιέναι μέλλων Quando reus cauſſam dicturus eſt 14, 1. Nam *δίκην εἰσιέναι* dicitur cum de accuſatore et petitore, tum de reo eoque vnde petitur, quum admittuntur ad cauſſam apud iudicem dicendam: vt Caſaubonus e Demoſthene animadvertit. * *εἰς τὰ διδασκαλεῖα καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν Ludos et palaeſtras intrans* 7, 3. * *ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν Vt introeuntes videant* 21, 2. * *εἰσιόντα Vbi acceſſerint: vbi venerint* in triclinium 5, 2.

Εἰσέρχεσθαι μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν Inanis redit domum 10, 3. * *ἔστι ἐπ' ἀλεφόμενον — ἐάσαι ἂν εἰσελθεῖν Neque quum ſe curat vngi — admittit quenquam* 24 2. * *εἰσελθὼν Ingreſſus, intrans, cubiculum* 20, 1.

Εἴσοδος ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου Contra introitum 21, 2.

Εἰσπράττειν εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων Detrahere pretium ollae patinaeue fractae *de demenſa* 10, 2.

Εἰσφέρειν εἰσενέγκας δᾶνας Ea [mala et pira] *ſecum affert domum Regis, iisque* [liberis] *dat* 2, 3. * *ἔρανον εἰσενεγκεῖν Stipem conferre* 15, 2: et *ἐράνῳ εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων Quum ſtipem accepit ab amicis* 17, 3: et *εἰσενηνεχέναι εἰς ἐράνους Se contuliſſe ad ſubleuandum amicorum inopiam.* Eſt verbum hac in re proprium.

Εἶτα Deinde: praecedente *πρῶτον* procem. 4. 3, 1. 2: vbi poſt *πρῶτον* poſitum repetitur ter: 9, 1. * *tum:* abſolute 13, 2. 25, 3.

Ἐκ et *ἐξ. ἂν ἐάσαι ἄτε συκατράγησαν ἐκ τῆς αὐτῆς κήπου Non ſinit neque ficus guſtare quenquam e ſuis hortis*

10, 2. * αἰτεῖν τοῖς αὐτῆ παισὶν ἐκ τῆ κοινῆ ὄψον *Petit ſuis pueris e communi obſonia* 11, 5. * βακτηρίαν τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος *Baculi tortuoſi Laconici* 5, 4. * ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους *Ex ampullulis valde minutis ſe vngentes* 10, 4. add. 16, 2. * ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιέσι *Conuenit e pugna redeuntes* 25, 4. * ἐκ τῆ μέσε ἀπελθεῖν *E concione abire* 22, 1. * ἐκ μακρᾶς ὁδᾶ ἥκοντας ἄρτι *Qui modo reuenerunt e longinquo itinere* 12, 2. * ἐκ τῆς ὁδᾶ ἁρπάζει *De via rapiunt* 28, 2. Vid. verbum ἁρπάζειν. * ἐκ τῆ ὄχλε καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι *Relinquere turbam et forum* 26, 2. add. 22, 3. * τὸ ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον *Publicum viaticum* 11, 3. * ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῶν στρωμάτων *Surgens nudus e lecto* 18, 2. * προαιρῶν τι ἐκ τᾶ ταμείε *Quum promit aliquid e cella penaria* 4, 2. * ὡς ἐκ τούτων γεγονὼς *Vt talibus parentibus natus* 28, 2. * τὰ ἐκ γυναικίας ἀγορᾶς *Obſonia et vtenſilia* 2, 4. * ἐκ τῆ δήμε ἀναστὰς *In concione ſurgens* 22, 1. * ἐκ Διονυσίων *Poſt Dionyſia* 3, 2. * ἐκ πολλῆ χρόνε *Inde a longo tempore* prooem. 2. * ἐξ ἀκριβείας πολλῆς *Magna diligentia et cura: in primis diligenter* prooem. 2. * παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης *Qui venerit ex ipſa pugna* 8, 2. * ἀνίσασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων *Surgit vt doceat rem ab principio* 12, 3. * Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο *Soſias primo dictus eſt* 28, 1. * ἐξ ἀγορᾶς ὀψωνήσας τὰ χρέα αὐτὸς φέρει *E foro quum obſonatur, carnes ipſe fert* 22, 2.

Ἕκαστος et ἕκαστοι *Quisque: ſinguli* 10, 1. 18, 5. 23, 3. 25, 5. * καθ' ἕκαστον παριὼν *Singulos ſpectatores adiens* 6, 2. * ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν *Fercula quae coenauerit ſingula enumerat* 3, 1.

Ἑκάτεροι αὐτῶν *Vtrique eorum:* et boni et mali prooem. 2.

Ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον *Excutere poculum de manibus.* Libantis 19, 3.

Ἐκδέχεσθαι· ἐκδέχεσθε τὰ ἀγαθὰ *Sperate fauſtiſſima et optima quaeque: ſperate bene* 21, 3.

Ἐκδιδόναι· ἐκδιδὰς αὐτῆ θυγατέρα *Quum collocat filiam* 22, 2. * Dicitur etiam de iis qui alicui aliquid locant. vt 16, 3. ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀποδράψαι

ψαι *Si iuſſerit eum cerdoni reſarciendum et conſuendum locare* 18, 2. τὸ ἱμάτιον ἐκδῦναι δανὸς *Pallium locat.* 22, 3. ὅταν ἐκδῷ ἱματίων ἐκπλῦναι *Quum pallium locauit, eluendum.*

Ἐκδύειν· ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον *Exuens ſubuculam, eam tradit puero* 25, 2. * ἀποτραπεὶς ἐκδύσασθαι *Auerſatus eum abiicit* ſ. *proiicit* 16, 2. Poteſt tamen etiam cum Caſaubono, vt verbum praegnans, explicari *exinanitum* faccum *a ſe amolitur.*

Ἐκεῖνος, εἰνη, *Ille, a* 1, 3. 2, 5. 18, 2. 27, 2.

Ἐκκλησία *Concio* 4, 1. 26, 2. * πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας *Vbi cognouerit quae in concione, acta ſint et decreta* 7, 3. Conuenire autem Athenienſes ſolebant ſingulis menſibus ter, die primo, decimo, et trigeſimo. Quae vocabantur ἐκκλησίαι νόμιμοι etiam κυρίαι· quae non debent confundi cum ἐκκλησίαις συγκλήτοις h. e. extraordinariis.

Ἐκκορῆσαι τὰς κλίνας *Tergere, detergere, lectos* 22, 4. Nam κορεῖν ſignificat omnino *ornare, purgare.*

Ἐκλέγειν τὰς χαλκὰς ἐν τοῖς θάυμασι *Corrogare, colligere aera* ſ. *numulos, quum ſpectantur praeſtigiae* 6, 2. * τὰς τόκας ἀπὸ τᾶ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν *Pecuniam quam facit e mercibus, condit in os* ſ. *in buccam* 6, 4. Eſt enim ibi verbum praegnans, habetque notionem duplicem, et *colligendi* et *condendi.* Sed de more et conſuetudine hominum vilium apud Athenienſes ipſa, numulos condendi in buccam, conſuli debet in Commentario Caſaubonus.

Ἐκπέμπειν *Emittere:* e tentorio 25, 3.

Ἐκπιεῖν *Ebibere* 13, 1.

Ἐκπλήττομαι *Obſtupeſco* 1, 3. * ἐπ' ἄλλῳ μηδενὶ — ἐκπλήττεσθαι *Nulla re ſtupet* 4, 2.

Ἐκπλύνειν· ἔνδον μένειν ὅταν ἐκδῷ ἱματίων ἐκπλῦναι *Tenet ſe domi, quum pallium locauit eluendum* 22, 2. Nam ἐκπλύνειν eſt verbum hoc in genere proprium. Eluere autem et ſordibus purgare pallia ſolebant fullones [κναφεῖς], qui propterea a veteribus Atticis dicti ſunt πλυνεῖς.

Ἐκπώματα *Pocula* 18, 2.

Ἐκτιθέναι· ἐκθήσω σοι κατὰ γένος *Exponam tibi de ſingulis generibus virtutum et vitiorum* prooem. 2.

Ἐκ-

Ἐκτρίβειν· ἐνάθηις δακτύλιον χαλκᾶν ἐν τῷ Ἀσκληπίῳ, τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανῶν *Suspendit anulum aereum in templo Aesculapii, eumque corollis ornando atterit* 21, 2. Intelligit autem Fischer locum sic. Μικροφιλότιμος Aesculapio dedicat anulum aereum: hunc corollis iusto crebrius onerat: nam anulus ipse non potest atteri appendentis corollis.

Ἐκφέρειν· πόσους οἴει κατὰ τὰς Ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; *Quot putas per feralem portam elatos esse mortuos?* 14, 3.

Ἐλάα *Olina* 10, 2.

Ἔλαιον καταχεῖν τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις ἐκ τῆς ληκύθου *Oleum fundere in lapides unctos qui sunt in triuiis, e lecytho* 16, 2. * ἐλαίῳ σαπρῷ χρῆθαι *Oleo rancido uti* 19, 2. add. 11, 4.

Ἐλάττων· διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας *Quod angustior, sit ad excipiendos hospites* 23, 4. * χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι *Quum reddit debitum triginta minarum, ita reddit vt desint quatuor drachmae* 11, 5. * καὶ αὐτὸς δὲ φοβοῦντας ἐλάττω τῶν μικρῶν καὶ ἱμάτια *Et ipsos gestantis iusto minora* [*male parua palia* 10, 4.

Ἐλάχιστος· ἀπάρχεσθαι ἐλαχίστου τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων *Libat minimum Dianae omnium conuiuarum* 10, 3. * καὶ ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν *Sed cibaria dat iusto pauciora; sed cibaria praebet perquam maligne* 11, 4. vbi vide notam. adde cl. Fischeri praefationem ad Welleri Grammaticam pag. x.

Ἐλέγχεσθαι· ἔν τινι τοῦ ἐλεγχθῆναι *In aliqua* eius *parte consistit, ita vt conuincatur* 13, 1. Nam ἐλέγχεσθαι est, vt Lat. *conuinci, eo redigi vt appareat te errare vel peccare.*

Ἐλευθέραι γυναῖκες *Ingenuae feminae* 11, 1.

Ἕλκος· ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις *Vlcera habere in tibiis* 19, 1.

Ἑλλὰς *Graecia*, vel *Athenae* prooem. 1: vbi vid. notam.

Ἑλλέβορος *Elleborus: veratrum* 20, 2. Est autem duplicis generis, vel *candidum* [λευκός· de quo vid. Dioscorides 4, 145] quod purgat maxime stomachum, concitatque adeo vomitus: vel

ni-

nigrum [μέλας vid. Dioſcorides 4, 146] quod purgat per inferna bilemque eiicit. vid. Plinius H N. 25, 5. *Qua ex re* verba Theophraſti, ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη, poſſunt et debent intelligi. Et quanquam Stephanus e Galeno docuit, veratrum candidum κατ' ἐξοχὴν appellari ἑλλέβορον· tamen apud Theophraſtum ſignificari etiam nigrum, ex eo cognoſcitur quod paullo poſt dicitur in excrementis fuiſſe bilis.

Ἕλληνες *Graeci*, vel *Athenienſes* prooem. 1: vbi vid. notam.

Ἑλύχνιον *Ellychnium* h. e. *mergulus*, *funalium*, vt habent Gloſſaria vetera: funiculus qui indi lucernae accendique ſolet 10, 3. Vocatur alio vocabulo θρυαλίς.

Ἐμβαίνειν *Calcare* 15, 2.

Ἐμβάλλειν· ὀσὲν εἰς τὸν ζωμὸν ἐμβάλλειν *Os quo adiuvetur ius, illuc* [in lancem] *coniicit* 9, 1. * τὰ παιδία ἑαυτῷ παλαίειν ἀναγκάζων καὶ τροχάζειν καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν *Quum puerulos ſuos luctari et currere iubet, eos cogit luctari et currere eum in finem quoad fatigentur* 14, 3. * δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλειν *Bis ſal in ollam iniiciens* 14, 4. * τοῖς ὑποζυγίοις ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον *Iumentis obiicere pabula* 4, 2. Sed τὸν χόρτον mihi cum Fiſchero eiiciendum videtur. nam ἐμβάλλειν per ſe valet *pabulum obiicere*, vid. Xenoph. Cyri exp. p. 99. Hutchinſ. min. et Cyri paed. 8. p. 569. Hutchinſ. mai. * εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται *An fores veſtibuli clauſue ſint obice* 18, 1.

Ἐμεῖν· χθὲς ἤμεσα *Heri vomui* 3, 2.

Ἐμπίπτειν· ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος *Coorta forte quaeſtione, quis eſſet optimus* 2, 1.

Ἐμπόλημα *Merces* 6, 4. Videtur autem, vt ἐμπολή, de quo in Indice Palaephati diſputauit Fiſcher, dictum eſſe, vt de *mercibus*, ita etiam de *lucro quod fit vendendi mercibus*, omninoque de *pecunia*.

Ἔμπροσθεν· τὸν παῖδα ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτῷ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ' ἔμπροσθεν *Pediſſequum iubet praeire, non ſequi* 18, 3.

Ἔμφοβος ὕπαξις τῆς ψυχῆς *Demiſſio animi quae naſcitur et exiſtit e timore* 25, 1.

Ἐν *In*: locum ſignificans 3, 2. 4, 1. 4. 5, 3. 19, 1. etc.

* ὑπὸ-

* ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ *Putaui me oportere ſcribere de ratione et inſtitutis vitae vtrorumque* prooem. 2. * ἐν τοῖς γάμοις *In coena nuptiali* 22, 2. * ἐν τῷ δήμῳ *In concione* 7, 4. add. 26, 2. * ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν *Quum fiunt exercitationes* 5, 4: vt 6, 2. ἐν θαύμασι. *Quum ſpectantur praeſtigiae* 23, 2. ἐν τῇ σιτοδείᾳ *Tempore caritatis.* * καὶ πρόσωπεῖον οὐκ ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ *Neque perſonatus in choro comico* 6, 1. * βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν *Tarditas animi in dictis et factis* 14, 1. Sed 15, 1. ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις eſt *conſuetudo morioſa quae ſe oſtendit in verbis.* * οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβέλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν *Qui ipſe ſingulis menſibus ventitet domum debitoris vt exigat ſemiobolum* 10, 1. * ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκῶν *Conductitiam domum habens* 23, 4. * ἐν τινι σὰς *In aliqua rei parte conſiſtens* 13, 1. * ἐν τοῖς στρατιώταις *Inter milites* 28, 1. * ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα *In lubrico eſſe linguam* 7, 5. Vid. infra vocab. ὑγρόν. * ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν *In excrementis* 20, 2. * ἔχων — ἐν τῷ προαστείῳ — καὶ — ἐν ταῖς χερσὶν *Geſtans — in ſinu — et — manibus tenens* 6, 4. * ἐν χρῷ κειρομένης *Comam habentes tonſam ad cutem*, vel, vt Iuuenalis 2, 15. vocat, *ſupercilio breuiorem* 10, 4. Vid. infra verbum κείρεσθαι. * ἐν τῷ περιπατεῖν *Inter ambulandum* 24, 1. * οἱ ἐν τῇ πόλει 2, 2. 5, 3. 8, 3. non ſunt *ciues*, ſed omnino *vrbani*, qui in vrbe viuunt, ciues et peregrini, nam multi viuebant etiam Athenis, qui non eſſent ciues. * τὰ ἐν τῇ γῇ *Sata* 3, 2. * οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν *Magiſtratus* 8, 2. * οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ — οἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ *Vaſcularii Aſiatici — Europaei* 23, 2.

Ἐναντίον τῶν οἰκείων *Coram neceſſariis* 20, 2.

Ἔνδον μένειν *Domi ſe tenere* 22, 2. * οἱ ἔνδον *Serui: familia* 4, 2. 3. 11, 5.

Ἕνεκα· αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους *Turpis lucri cauſſa* 9, 1.

Ἐνθυμεῖσθαι· ἐνθυμοῦ ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σὲ οἱ ἄνθρωποι *Noſtine, ſciſne, vt oculos coniiciant in te homines* 2, 1. * ἐνθυμοῦ τὸ τῆς τύχης; *Viden' quid fortuna poſſit?* 8, 3.

Ἐνιαυτός· τὸν ἐνιαυτὸν *Quotannis* 10, 3. Vt c. 6, 4. τῆς ἡμέρας eſt *dietim.*

Ἐν-

Ἐννέα *Nouem* prooem. 2.

Ἐννενήκοντα *Nonaginta* prooem. 2.

Ἐντᾶυθα *Ibi: illic* 16, 1.

Ἔντευξις *Conſuetudo* 5, 1. 20, 1. Vtroque loco pertinet ad dicta, facta, et omnino ad vitae quotidianae conſuetudinem.

Ἐντυγχάνειν· τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις προστάξας ἐπανελθεῖν *Qui volunt admitti, ſ. ipſum conuenire, confeſtim, eos iubet redire* 1, 2. * ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι *Conuenit e pugna redeuntes* 25, 4. * τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν — ὅτι οὐδὲν λέγει *Ei qui cum ipſo colloquitur, oſtendit, — eum nihil dicere* 7, 1. add. ibid. 2. * μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι *Non loquitur cum obuiis* 24, 2. * ἐπίτευξις λυπῆσα τὰς ἐντυγχάνοντας *Quum quis moleſtus eſt iis quibuscum congreditur et verſatur* 12, 1. Nam ἐντυγχάνειν et de iis dicitur qui alterum conueniunt, et de iis quos conuenit alter. * ὅτι δυεῖν σοι ἡμερῶν ἐκ ἐντετύχηκα *Biduo te non vidi* 2, 2. * ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι *Se velle ei copiam ſui facere poſt coenam* 24, 1.

Ἐνύπνιον· ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινὸς *Se timere ſibi a ſomnio quodam* 25, 2. * ὃ εἶδεν ἐνύπνιον *Quod viderit ſomnium* 3, 1. add. 16, 3.

Ἐνυφὰν· αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους *Aulaeum cui intexti ſunt Perſae* 5, 4.

Ἐξαγωγὴ ξύλων ἀτελὴς *Exportatio materiae ſine portorio ſ. immunis* 23, 2.

Ἑξακόσιοι *Sexcenti* 23, 3.

Ἔξαρνος· ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι *Ne poſſint negare* 18, 2.

Ἔξειμι· μέσην τῆς ἡμέρας ἐξιών — *Meridie prodit in publicum* — 26, 2.

Ἐξέρχεσθαι· εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν *In publicum prodit* 19, 2. * εἰς ὀρνιθοσκόπα τῆς μητρὸς ἐξέλθοντος *Ad auſpicem mater ſi adit* 19, 3.

Ἐξηγητὴς non tantum omnino *interpres* appellatur, ſed ſingulatim vel *is qui hoſpites ad ea quae viſu digna ſunt alicubi, ducit eaque ipſis oſtendit et interpretatur*, vel *interpres oſtentorum, prodigiorum, ſomniorum, rituum ſacrorum, et iudex controuerſiarum ad religionem pertinentium.*

Ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς *Sexaginta annos natus* 21, 1.

Ἔξο-

Ἔξοδος· μὴ πρίαθαι θεραπαίνας — εἰς τὰς ἐξόδους *Non emit ancillulas — quae vxorem in publicum prodeuntem comitentur* 22, 3. Est vocabulum hac in re proprium.

Ἐξόμνυθαι δίκας dicitur *is qui iurat, se non potuisse obire diem ob morbum aliamue caussam legitimam.*

Ἑορταὶ *Dies festi gentilitii* 15, 2. Nam οἱ τιμῶντες καὶ οἱ πέμποντες εἰς τὰς ἑορτὰς sunt *amici qui festis gentilitiis dono mittunt, honoris caussa, fercula.* De festis diebus publicis locum interpretatus est Casaubonus, etiam ad Athenaeum p. 341.

Ἐπαινεῖν παρόντας *Laudare praesentes* 1, 1. * ἐπαινέσαι ἀπόντος *Laudat eum, ita vt audiat* 2, 3. add. 5, 1. * πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον *Primus laudat vinum* 2, 4.

Ἐπὰν πορεύηται *Visurus aliquem* 24, 2.

Ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι πλείω — *Puerum iubet miscere plus* — 13, 1. Nam etiam simplex verbum ἀναγκάζειν non tantum dicitur de iis qui alios vi cogunt aliquid facere, sed etiam de his qui aliis aliquid persuadent, qui alios oratione eo adigunt vt faciant aliquid.

Ἐπάναμι· ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι *Conuenit e pugna redeuntes* 25, 4.

Ἐπανελθεῖν *Redire* 1, 3.

Ἐπειδὴ *Postquam* 28, 3.

Ἐπεντείνειν τὸν λόγον *Increbescere rumorem* 8.

Ἐπεύχεσθαι τοῖς θεοῖς *Vota facere diis* 15, 3.

Ἐπέχειν· προσελθὼν δεῖσθαι ἐπισχεῖν ἕως ἂν περιπατήσῃ *Adit eos et rogat, vt exspectent, donec ipse ambulauerit* 20, 1.

Ἐπί· 1) cum Casu secundo. vt ἐπ' Ἀρισοφῶντος *Archonte Aristophonte* 7, 4. * ἐπὶ Λυσάνδρου *Duce Lysandro* 7, 4. * ἐπὶ θάκου ἀνισάμενος *Surgens e lecto ut eat ad sellam familiaricam* 14, 2. * ἐπὶ τῶν θεωμένων *Audientibus s. coram spectatoribus* 5, 5. * τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾷν κεθεύδειν *Alios in sinu finit dormire* 5, 2. * ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος *Equo alieno vehens* 27, 2. * ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ *Inter pocula* [Liu. 39, 43] 20, 3. 2) Cum Casu tertio. vt ἐπ' ἄλλῳ μὲν μηδενὶ θαυμάζειν *Nihil admiratur* 4, 2. * ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν *Fercula quae coenauerit singula enumerat* 3, 1. * ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις — πρᾴως δια-

διαλέγεσθαι *De maledictis et vocibus in se iactis — loquitur ore aequo*, h. e. ita vt non appareat, ipsum iis commoueri 1, 1. * ἔντευξις ἐκ ἐπὶ τῷ βελτίσῳ· ἡδονῆς παρασκευαστικὴ *Consuetudo quae studeat offerre voluptatem, quae prosit nihil, immo obsit non parum* 5, 1. * ἔτε — ἐλθεῖν, ἔτε ἐπὶ λέχει *Neque — accedit, neque ad lectum puerperae* 16, 2. Debebat esse ἐπὶ λέχος· sed Casus solent permutari inter se. * ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λέσασθαι *In triuiis, discedens inde, sibi caput lauat* 16, 3. 3) Cum Casu quarto, vt ἐπὶ τὰς ἀθρόας καὶ συνεσηκότας πορευθῆναι *Coetus et circulos adit* 7, 2. * καὶ ἔτε ἐπ' ἀλιφόμενον αὐτὸν ἔτε ἐθίοντα ἰᾶσαι ἂν εἰσελθεῖν *Et nec quum operam dat aliptae, nec quum tibum capit, admittit quenquam* 24, 2. * ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν *Alienam domum intrans* 9, 3. * ἐκ ἐπὶ δεῖπνον καλέσας *Quod me non vocasti ad coenam* 17, 1. add. 5, 2. 21, 3. * ἐπὶ θέαν — πορεύεσθαι *Spectatum — it* 11, 3. * ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθὼν *It ad tabernas* 23, 4. * τρέψομαι ἐπὶ τὸν λόγον *Conuertam me ad rem ipsam* prooem. 4. * ἔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν *Neque ad cadauer accedit* 16, 3. * ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν *Ventitat domum debitoris vt exigat semiobolum* 10, 1. * δεικνύειν — τὰ ὠψωνημένα, καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα *Ostendit — obsonia emta, eosque ad ea inuitat* 11, 2. * τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν *Alas habet hirsutas, vt ferae, ad magnam vsque laterum partem;* vno verbo *grandes* 19, 2. * ὡς αὐτὸς αὐτὸν — ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐκόμισε *Se eum — in tentorium retulisse* 25, 4. * προσποιήσεις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων *Simulatio dissimulatioue in factis et in dictis, vt aegre facias, vt illudas, vt fallas,* h. e. *fallax et fraudulenta* 1, 1. * ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτῷ κατενεχθῆναι *In nomine domini desisse* 2, 1. add. 7, 2. * ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα *Inscribit monumento* 13, 3. * ἐπὶ γόνατα πεσὼν *Genibus positis* 16, 2. * μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ τὴν ἀσπίδα *Discere, qui conuersio fiat ad dextram et ad sinistram* 27, 2.

Ἐπιβαίνειν· ἔτε ἐπιβῆναι μνήματι *Neque accedit ad sepulcrum* 16, 2.

Ἐπιβάλλειν· ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν *porro interrogare* 18, 1. * ἐπιβάλλειν scil. ἑδῆτα aut simile quid, est *iniicere alteri vestimentum*, at ἐπιβάλλεσθαι in medio, *iniicere sibi vestem, pallium etc.* εἰ ἐπιβάλεται, *an corpori pallium iniici velit* 2, 4.

Ἔπίβουλος· τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τὰς ἔχεις *Certe mores non simplices et apertos, sed tectos et insidiosos cauere magis oportet quam viperas* 2, 5.

Ἐπιγελάσαι *Ridere: arridere* 2, 2. 3.

Ἐπιγράφειν· ἠρὶ σηλίδιον ποιήσας ἐπιγράψαι, Κλάδος Μελιταῖος *Et columellae inscribit titulum, Soboles Melitaea* 21, 2. * ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τᾧ τε ἀνδρὸς αὐτῆς — τἄνομα *Inscribit monumento, et mariti — nomen* 13, 3. Nimirum in monumentis et sepulcris ponebantur σῆλαι· his insculpebantur tituli: in his, verbi caussa, nominabantur quidem mariti, non item parentes, vxorum, vnde περιεργία cognosci potest. * ἐπιγράψας αὐτᾧ τὸ ὄνομα *Inscripto nomine suo* 22, 1.

Ἐπιδείκνυσθαι *Vt ibi exercitationes instituant* 5, 4. Est autem infinitiuus loco Gerundii: quod Latini, maxime poëtae, saepenumero imitati sunt. vide Barthius ad Claudian. p. 378 f. Ceterum verbum ἐπιδείκνυσθαι ipsum vsurpatur de *iis qui instituunt exercitationes in arte aliqua*, tanquam oratoria, musica, *sui ostentandi caussa:* et *exercitationes* ipsae vocantur ἐπιδείξεις.

Ἐπιδείξεις *Exercitationes:* quae fiunt ingenii et doctrinae ostentandae caussa 5, 4.

Ἐπιδημεῖν· ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι *Multos peregrinos commorari in vrbe* 31, 2.

Ἐπιδόσεις 22, 1. vbi vide notam.

Ἐπιλαμβάνειν· ἐπιλαβὼν 11, 5. sed legi debet procul dubio, vt Fischerus iam ostendit, ἠρὶ λαβὼν *Quod vbi acceperit.* * ἐπιλαβόμενος τᾧ ῥύγχει *Prehensum tenens rostrum* 4, 3. * ὧν ἀθεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι *Quos nemo possit redarguere* 8, 2.

Ἐπιλανθάνεσθαι *Obliuisci* 27, 1: vt ἐπιλαθέσθαι 7, 4. * ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἐπελάθετο *Se spatham secum sumere praefestinatione oblitum esse* 25, 3. * μὴ ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν *Vide ne excidat quod in animo*

mo habebas dicere 7, 1. * ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι *Id obliuiſcitur facere abitque rus* 14, 1.

Ἐπίληπτος *Morbo ſacro ſ. comitiali correptus* 16, 4.

Ἐπιμελᾶσθαι αὐτῶν *Curam habere eorum* [conuiuarum] 24, 2. * πρόθυμος ἐπιμεληθῆναι *Paratus eſt curare* 12, 3. * ἐπιμεληθῆναι ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἕσται *Curat vt pediſſequum habeat Aethiopem* 21, 1. * τὶς τῷ ἄρχοντι ἐπιμεληθήσεται πομπῆς *Cui cura pompae mandanda ſit cum Archonte* 26, 1. Archon debebat curare vt Διονύσια, ita etiam Θαργήλια· quo pertinet πομπή. Sed adiungebantur ei etiam alii, qui venirent in partem curae. hi dicebantur ἐπιμεληταί. Neque alia de cauſſa Theophraſtus videtur vſus eſſe verbo ἐπιμελᾶσθαι.

Ἐπισημαίνεσθαι ἠμὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ πάυσεται, Ὀρθῶς *Et quum Rex fecit ſinem dicendi, acclamat, Recte* 2, 2. Nimirum ἐπισημαίνεσθαι in vtramque partem dicitur: a) in bonam partem, valetque *approbationem et aſſenſum ſignificare plaudendo, acclamando, etiam oculis, omnino que vultu.* b) In malam partem, ſignificatque *indicare indignationem murmure aliisque modis et ſignis.*

Ἐπισκέπτεσθαι· τἆυτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι *Circumit et inſpicit omnia* 18, 2.

Ἐπισκοπεῖσθαι τὰς ὅρας ἑσημέραι *Viſit cippos quotidie* 10, 2.

Ἐπισάλματα *Dona: munera* 5, 3. Dicuntur ita quatenus mittuntur ad alterum.

Ἐπίσασθαι· τῶν ἄλλων μηδὲν ἐπίσασθαι *Reliquos omnes ignorat* 26, 1. * ὡς ἂν ἐκεῖνος μὴ ἐπισταμένος *Quaſi ille ſit indoctus* 27, 3. Quem locum cel. Fiſcherus ita intelligit: Homo ὀψιμαθὴς exercet ſe ſagittando et iaculando cum pediſſequo, vt pediſſequus ſimul diſcat ab ipſo artem iaculandi et ſagittandi, perinde ac ſi et ille ſit indoctus et imperitus. nam vt παρ' αὐτῷ pertinet ad ὀψιμαθῆ, ita ἐκεῖνος referri debet ad pediſſequum.

Ἐπιστέλλειν *Litteras mittere ad aliquem* 24, 2.

Ἐπίτευξις *Conſuetudo* 12, 1. Poteſtas huius vocabuli patet aeque late, ac notio nominis ἔντευξις, ita vt non tantum ad verba et ſermones perti-

pertineat, verum etiam ad actiones et facta. Nam ἐπιτυγχάνειν quoque idem valet quod ἐντυγχάνειν, quam in rem Stephanus in Thesauro, et Casaubonus in Commentario, locum e Platone laudarunt.

Ἐπιτήδεια *Demensum*, h. e. cibaria, frumentum, quod seruis datur mensibus singulis: vt ἀλέσαι — τοῖς ἔνδον πᾶσι — τὰ ἐπιτήδεια *Molit — familiae omni — cibaria* 4, 2. * ἀσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων *Detrahit pretium earum de demenso* 10, 2. * ἐπιθεῖναι — ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν *Dat — cibaria iusto pauciora, s. praebet — cibaria maligne* 11, 4. * μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια *Metitur ipse familiae cibaria* 11, 5.

Ἐπιτηδέυειν· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ *Putaui me oportere scribere de ratione institutisque vitae vtrorumque* prooem. 2.

Ἐπιτήδευμα· πάνυ δὲ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστὶν τὸ ἐπιτήδευμα *Omnino misera est eorum vitae ratio* 8, 5.

Ἐπιτιθέναι· τῷ ἀκολάθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον *Pedisequo imponit maius onus* 11, 4. * ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα *Laudat praesentes, quibus insidiatur clam* 1, 1. Sed fortasse rectius verteris, vt cel. Fischerus bene adnotauit, *quos reprehendit et obtrectat absentes.* nam λάθρα quidem refertur ad παρόντας, et ἐπέθετο ad ἐπαινεῖν. Constat autem, ἐπιτίθεσθαι dici de omnibus iis qui aliis aduersantur, qui alios oppugnant, quocunque modo.

Ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι *Obiurgare tibicinam* 19, 4.

Ἐπιτίμησις *Querela* 17, 1.

Ἐπιφανὴς παιδιὰ *Iocus, euidens* h. e. is quem animaduertas facile et sentias, etiamsi nolis sentire et videre 11, 1.

Ἐπονείδιστος παιδιὰ *Iocus, ludus, indignus, turpis, illiberalis* 11, 1.

Ἔπος· τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν *Ex carminibus Homeri hunc vnum versum modo tenet* 26, 1. vbi vide notam.

Ἔπω· ὅς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ *Quid aliquando ipse dixerit in concione, applaudente et approbante populo* 7, 4. * κἄν εἴπῃ τις αὐτῷ. *Et si dicat quis ei* 8, 2. add. 2, 1. 2. 4. * ὡς ἑώρῳ

ἑῳ εἰπεῖν. *Si quis describere velit* 14, 1. * τῆς ἑαυτῆ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον *De vxore sua facit praeconia* 3, 1. * ἔχεις περὶ τῆδε εἰπεῖν καινόν; *Habesne de ista re noui quidquam?* 8, 1. * ἅτε ῥῆσιν εἰπεῖν *Neque locum poëtae recitat* 15, 3. * περὶ τῆ ἀνασύντος εἰπεῖν· καὶ ἄλλα πλεῖσα περὶ τῶν φίλων — κακὰ εἰπεῖν *De eo qui surrexerit et discesserit, loquitur male: et alia plurima de amicis — mala narrat* 28, 4. * ἔπας σύ; *Dixisti tu?* 7, 1. * ἄνδρα χρατιστον εἰπὼν *Virum optimum nominans* 5, 1. * εἰπὼν — τῷ παιδαρίῳ *Dicens — seruulo* 11, 4. add. 15, 2.

Ἐρανίζειν *Stipem*, eranon, *colligere* s. *petere* 1, 2. Dicitur non modo de eo qui stipem petit pro aliis, sed etiam de eo qui stipem petit sibi. Vtroque modo accipi potest loco illo Theophrasti. Construitur autem sic cum Casu quarto. Nam significat etiam *conferre pecuniam*, sed cum Casu tertio. Sed ἐρανίζεσθαι dicitur de *eo qui colligit pecuniam*, eranon *sibi*. Saepe autem ei inest notio simplex *conferendi*, vt activum ἐρανίζειν notat simpliciter *colligere*.

Ἔρανος *Pecunia quae confertur ab amicis ditioribus ad subleuandam amici inopiam iustam et legitimam, hac lege, vt eam reddat* [vid. 17 extr.], *si deus dederit meliora.* * ἐράνου εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων *Si stipem acceperit ab amicis* 17, 3. * φίλῳ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν *Quum amicus eum iubet conferri stipem* 15, 2. * φίλου ἔρανον συλλέγοντος *Quum amicorum eius aliquis stipem colligit* 22, 3. * τοῦτο φῆσαι εἰσενηνοχέναι εἰς ἔρανους αὐτὸν 23, 4. vide notam.

Ἐρᾶν· πρὸς τὴν αὐτῆ ἐρωμένην κωμάζειν πυρέττουσαν *Ad amicam suam febri laborantem it comessatum* 12, 1.

Ἐργάζεσθαι· τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ — *Mercenariis qui faciunt apud ipsum opus ruri —* 4, 1. * ἐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσεται *Non vt reddatur egregie candidum* 18, 2. Ἐργάζεσθαι autem de fullone est *candidum reddere*, *addita creta*, s. *terra cimolia*.

Ἐργασία· καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι *Neque vllo turpi quaestu abstinere* 6, 1. * ἡ ἐργασία δανειστικὴ *Negotiatio, res foenebris* 23, 1.

Ἐργαστήριον *Officina* 8, 5.

Ἐργολάβος *Manceps: redemtor:* qui aedificium exſtruendum aliudue opus perficiendum conducit 8, 1. Refertur ad ἐργοδότην h. e. *eum qui opus locat.*

Ἔργον *Difficile, taedioſum, eſt* 3, 3: et ἔργον ἐστὶ 25, 2. * ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων *Quum quis ſuſtinet turpia facere* 6, 1.

Ἐργώδεις εἰσὶ *Moleſti ſ. non ferendi ſ. intolerandi ſunt* 6, 5.

Ἐρήμας δίκας ὠφλήκασιν *Ob vadimonium deſertum multantur* 8, 4. Nam δίκη ἔρημος eſt *quum quis diem non obit et vadimonium deſerit.* Dicitur etiam ſimpliciter ἔρημη, omiſſo vocabulo δίκη. Conf. notam.

Ἑρμῆς· κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν *Quod communis ſit Mercurius* 11, 4. Nimirum Mercurius credebatur lucri etiam quaeſtusque praeſes eſſe. vnde Ἑρμαῖον non minus, quam Ἑρμῆς, dictum eſt *lucrum bonumue quod alicui obveniſſet, forte:* et verba κοινὸς Ἑρμῆς, tanquam prouerbium, vſurpata ſunt ab iis qui poſtularent partem eorum quae quis forte inueniſſet.

Ἐρυγεῖν *Ructare* 11, 1.

Ἔρχεσθαι *Venire: ire: accedere* 2, 1. 9, 3. 16, 2. 23, 4. 24, 2.

Ἐρωτᾶν *Interrogare: quaerere: percontari* 2, 4. 4, 4. 5, 1. 8, 1. 13, 2. 14, 1. 15, 1. 16, 2. 3. 18, 2. 20, 3. 25, 1. 28, 1.

Ἐσθίειν *Edere: cibum capere* 19, 2. 20, 2. Quo referri etiam debet 2, 4. ὡς μαλακῶς ἐσθίεις *Lautos vero et delicatos cibos!* * *coenare,* δειπνεῖν, vt Hebr. אכל, 24, 2. * ἐσθιόμενοι ὀδόντες *Eroſi dentes* [Plin. H. N. 24, 10]: *dentes exeſi* [Celſus 6, 9] 19, 2.

Ἑστιᾶν τοὺς φίλους *Conuiuio excipere amicos* 24, 2. add. 10, 3. 11, 5. * ὁ ἑστιῶν *Conuiuator:* conuiuii dominus, qui alio vocabulo appellatur ἑστιάτωρ [Salmaſius ad I. A. et R. cap. 3) 5, 2. * οἱ ἑστιώμενοι *Conuiuae* 2, 4.

Ἑταίρα *Amica* 17, 1.

Ἑταῖρος *Sodalis* 12, 4.

Ἕτερος, α, ον, *Alius, a, ud* 4, 3. 5, 4. 7, 2. 9, 1. 18, 1. 26, 4. 28, 2. * ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι *Se alium factum eſſe,* h. e. *ſe mutaſſe ingenium moresque,* vt bene interpretatur Duportus 1, 3.

Ἔτη *Anni* prooem. 1. 2, 2. 27, 1.

Ἔτι

Ἔτι *Praeterea* prooem. 2. 2, 4. 5, 1. Verba 2, 4 καὶ ἔτι περισπᾶλαι αὐτὸν cohaerent cum superioribus sic, *Non interrogat tantum Regem an velit corpus pallio tegi sed ipse continuo corpus Regis pallio contegit.*

Εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι τὴν οἰκίαν καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι *Domum bene aedificatam descriptamque esse, et agrum bene consitum* 2, 5. * Εὖγε, ὅτι μὲ ὑπεμνήσας *Recte fecisti, quod mihi rem revocasti in memoriam* 7, 1. Est particula laudantis et approbantis. Sic sumitur εὖ Matth. 25, 21. 23. Luc. 19, 17. * καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει *Quod si auferre possit, bene habet* 9, 2. * εὖ ποιήσας *Si quem aliquo beneficio affecerit* 24, 1.

Εὐαγγελίζεσθαι· πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον, ὅτι υἱός σοι γέγονεν, εἰπεῖν *Ei qui nuntiat, filium ipsi natum esse, dicit* 17, 5.

Εὔανδρος *Euander* 23, 4. Sed ibi pro μετὰ Εὐάνδρα legi debet cum Auberio μετ' Ἀλεξάνδρα, vt intelligatur *Alexander M.*, non μετὰ Κασάνδρα cum Sylburgio. Nam primo sequentia verba ostendunt, significari aliquem, qui in Asia bella gesserit; quod fecit Alexander, non Casander: deinde maior fit ostentatio, si dicas, te meruisse sub Alexandro M., quam si glorieris, te militasse sub Casandro, eius amico.

Εὐγενής· ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττά ἐστι· τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασὶν *Mater vero nobilis Thressa est: has enim in patria nobiles esse aiunt* 28, 1. Κακολόγος adiicit εὐγενὴς per Ironian. id quod verba sequentia declarant satis. Nam serui et seruae, vt iam Fischerus animaduertit, vt levarent et quasi erigerent quodammodo humilitatem fortunae conditionisque suae, dictitabant, etsi fortunae invidia accidisset, vt malam servirent seruitutem, tamen natos esse inter suos loco nobili.

Εὐδοκιμεῖν *Laudari* 2, 1. 7, 4.

Εὐεργετεῖσθαι *Beneficio affici* 17, 3.

Εὐημερεῖν· ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ *Se summe felicem esse* 21, 4.

Εὐθὺς *Statim: continuo: confestim* 4, 4. 6, 4. 8, 1.

Εὐλυτον τὸ στόμα ἔχοντες λοιδορίαν *Os habentes promtum et paratum ad ingerenda conuicia* 6, 5.

Εὐνοια· προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνόιας *Quum quis dicit aliquid et facit, vt videatur amicus esse aliis iisque fauere et cupere* 13, 1.

Εὑρίσκειν· τί εὑρίσκει 15, 1. vbi vide notam. * ἀλλ' ἃ θησαυρὸν ἔυρηκα οὐδέποτε *At nunquam inveni thesaurum* 17, 2. Sic ibid. εὑρών τι — βαλάντιον. add. 14, 2. * ἃ χεῖρον ἐστὶν εὑρεῖν οὐδέν *Quo nihil reperiri potest pernicioſius* 1. 4. * ἅτα μὴ δύναθαι εὑρεῖν ἃ πορεύεται *Deinde non potest reperire quo tendat* 13, 2. * τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν — ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος *Si inuenti fuerint chalci — exigit partem virilem* 11, 4.

Εὐρυθμος· τὸν πόδα φῆσαι ἄνας εὐρυθμότερον τᾷ ὑποδήματος *Pedem ait esse commodiorem calceo* 2, 4. Opponitur ei ἄρυθμος. vid. Xenoph. Memorr. 3, 10. 10.

Εὐρώπη *Europa*: nota satis orbis terrarum pars 13, 2.

Εὐρωτιᾶν· τὰς ἀργυροθήκας ἔστιν ἰδεῖν εὐρωτιώσας *Argentaria videas situ obducta* 10, 4. Puto cum cel. Fischero, ab Theophrasto verbis illis notari μικρολόγον, quod non vtatur vasis argenteis, neque numis, qui adeo situ corrumpantur.

Εὐσχήμονες proprie *qui cauent vitium in gestu et motu corporis*. Deinde *modesti, virtutis studiosi*. Sic prooem. 3, οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν *Quibus, tanquam exemplis, vtentes, velint optimo quoque familiariter vti.*

Εὐτρεπίσαι *lacentem in lecto attollere et ita componere, vt bibere commode vinum possit* 13, 2.

Εὐχεσθαι· εὐχομένων καὶ σπενδόντων *Quum preces — fiunt et libatur* 19, 3.

Εὐωχᾶν proprie est *apponere ea quae neque corpus laedant neque animum*, vt intelligitur ex iis quae Socrates disputat apud Xenoph. Memorr. 3, 14. 7. Deinde *bene, laute, accipere*: denique eleganter dicitur de *eo qui tradit, praecipit, docet, narrat*, quae libenter audiantur, quae auribus et animo grata sint. Sic 8, 1. δοκῶ μοὶ δὲ εὐωχήσειν καινῶν λόγων *Videor ego mihi tibi posse noua narrare.* Eadem metaphora vsus est Cicero Topic. 5. *quoniam* auidum *hominem ad has* discendi epulas *recepi, sic* accipiam, *vt* reliquiarum *sit potius aliquid, quam te hinc patiar*

patiar non ſatiatum diſcedere. * Med. ἐυωχῶ, τίμιε Epulare, cariſſime rerum 9, 1.

Ἔφηβοι Ephebi: adoleſcentes, nati annos duodeuiginti 5, 3.

Ἐφισάνας· ἐπισήσας τὴν διάνοιαν Quum aduertiſſem animum: quum rem mecum conſiderarem et reputarem proem. 1. Nonnunquam omittitur τὴν διάνοιαν, et dicitur ſimpliciter ἐπισήσας. * τὰς ἁπαντῶντας ἐπισῆναι κελεύσας Obuios conſiſtere iubet 2, 3.

Ἐφοδίων τὰ μαγειρεῖα Obit popinas 6, 4.

Ἐφόδιον· τὸ ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον Viaticum publicum: pecunia quae datur legatis ex aerario: binae drachmae in dies ſingulos 11, 3.

Ἐχθροὶ Inimici 1, 1.

Ἐχῖνος Echinus, h. e. ciſtula aenea, etiam teſtacea, in qua erant inſtrumenta litis, litterae, ſyngraphae 6, 4.

Ἔχις· φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τὰς ἔχεις Vitare cautius oportet quam viperas 1, 4. Eodem modo canit Horatius 1 Od. 8, 8 ſqq. cur olium Sanguine viperino Cautius vitat?

Ἔχω· ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα Habes, pro aetate, nigros capillos 2, 2. * ἔχεις περὶ τῶδε εἰπεῖν καινόν; Eſquid habes noui de iſta re? 8, 1. add. 8, 2. * εὖ ἔχει Bene habet 9, 2. * ἀποφήνας ἔχει Ait ſe archonti adiungendum eſſe adiutorem 26, 1: vide ſupra verbum ἀποφαίνειν. * τί γὰρ δήποτε — συμβέβηκεν ἡμῖν ἐν τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν Cur tandem — nos nos iisdem vtamur moribus proem. 1. * συγγνώμην ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι Ignoſcit male ipſi dicentibus 1, 1. add. 15, 2. * τὰς ὀδόντας λευκὰς ἔχειν Dentes candidulos habet 5, 3. Ita fere λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν καὶ τὰς ὄνυχας μεγάλας Laborans lepra et vitiligine vnguesque habens longos 19, 1. * ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις ibid. τὰς μασχάλας — ἔχειν ibid. * προσωπεῖον ἔχων Perſonatus 6, 1. Sed videtur legendum προσωπεῖον ἐκ ἔχων. Syllabam ον putat cel. Fiſcherus abſorpſiſſe τὸ ἐκ. * ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ Geſtans echinum in ſinu 6, 4. * ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων In horto eſſe olera multa 20, 2. * τῷ παιδὶ μάχεσθαι ἐκ ἔχων χρυσὸν νῦν τῷ ἀκολαθῆν Puerum increpat, quod ipſum ſequatur ſine auro 23, 4. * κα-

κῶς ἔχειν *Aegrotare* 13, 2. * τὸ σόμα ὕλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν *Os promtum paratumque habentes ad ingerenda conuicia* 6, 5. * αὐλαίαν ἔχεσαν Πέρσας *Aulaeum cui intexti sunt Persae* 5, 4: et αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον *Arcola puluere palaestrico conspersa* h. e. *palaestra* ibid. * ὧν ἔχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ *Fercula quae coenauerit* 3, 1. * πόλιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεσὸν *Canis habes barbam plenam* 2, 2. * ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἔξει πολλὴν γῆν *Vt pallium reddatur oppido candidum* 10, 4. * περισσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχεσα 22. 1. Sed legendum est haud dubie cum Fischero περισσία τις ἀποφιλοτιμίας δαπάνην φέυγουσα, hoc sensu, *nimia, immodica, contemtio honoris quae reuuset facere impensas.* conser quoque notam.

Ἕψειν φακῆν *Coquere lenticulas* 14, 3.

Ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ *Donec Rex praeterierit* 2, 3. add. 20, 3. * μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τις *Non prius progreditur, quam transierit quis* 16, 1.

Z

Ζάω· ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν *difficile esse viuere:* i. honeste, ob caritatem annonae et incommoda alia 3, 2.

Ζεύς· εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ *Si Iupiter demiserit imbrem* 3, 2. * ὑοντος τοῦ Διὸς *quum Iupiter imbrem mittit* 14, 4. * τῷ Διὶ ἀγάνακτεῖν ἢ διότι ὕει, ἀλλ' διότι ὕστερον *Ioui succenset, non quod pluuiam mittat, sed quod serius* 17, 2. Iupiter quatenus creditur imbrem demittere, dicitur Ζεὺς ὑέων [Lucian. dial. deor. 4, 2. p. 209 To. 1], etiam Ζεὺς ὑέτιος [Alciphr. 3 ep. 35] *Iupiter Pluuius* [Tibullus 1, 7. 26]. Species eius extat in numo quodam ab Ephesiis signato in honorem Antonini Pii apud Spanhem. ad Aristoph. Nubb. 370 p. 283, e Seguini Numis Selectis.

Ζηλᾶν *Studiosum esse:* vt πρῶτον μὲν ἂν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων *Ordiar igitur ab simulatoribus, et dissimulatoribus* prooem 4.

Ζητεῖν· καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τότε ζητεῖν καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν *Quod ipse reposuit, id quaerit, neque potest reperire* 14, 2. * ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα *Vestis conquirit duorum talentorum* 23, 4.

Ζωγρεῖσθαι *Viuum capi* 8, 2

Zω

Ζωμὸς *Ius*, in quo carnes coctae sunt, proprie. * ἐφθέγησάς μοι τὸ ζωμὸν *Inuidisti mihi insulsum* 17, 1. * ζωμὸν τὸν παρακειμένου — μελαντέρα ἡ χολὴ *Iusculo apposito — magis atram fuisse bilem* 20, 2. * πολὺν τὸν ζωμὸν γεγονέναι *Magnam, cruentam, caedem fuisse* 8, 2. Nimirum ζωμὸς, vt de *cruore* et *sanguine*, ita etiam de *caede* et *clade* vsurpatum videtur, sed in vita tantum quotidiana et ab iis, credo, qui non omnino eleganter loquerentur.

Ζωρότερον πιεῖν *Meracius bibere* 4, 2.

H

Ἢ *Aut: vel* 1, 3. 4, 2. 3, 7, 4 etc. * *quam*, praecedente ἄλλως 6, 3: vel πλὴν 2, 1: vel omnino Comparatiuis, vt 2, 1. 6, 2. 11, 4. 13, 1. 25, 3. 26, 1.

Ἡγήσασθαι ἀτραπὸν *Dux est viae* 13, 2.

Ἡδέως θεωρεῖν *Libenter spectare* 11, 1.

Ἤδη *Iam:* cum Praeterito prooem. 1. 1, 3. 8, 3. 12, 2. * cum Praesenti 7, 5. 13, 2. * cum Futuro, prooem. 4.

Ἡδονὴ *Voluptas* 5, 1.

Ἡδύ γε, τῶν ἄστρων — πίσσης *Suave vero! siderum —* *pix est* 14, 4. * Comparat. τὸ μύρον φάσκειν εἶναι τὸ θύμον ἥδιον ὄζειν *Vnguentum negat suauius olere thymo* 4, 1. Nam vt rusticitas, quae notatur isto loco, cognoscatur, fingendus est amicus dedisse rustico vnguentum, idque dixisse esse fragrantissimum: at rusticus istud ait non esse admodum fragrans.

Ἠθικοὶ Χαρακτῆρες *Morum notationes:* vel etiam *morum descriptiones:* qui est titulus libelli. vid. infra χαρακτήρ.

Ἦθος *Mores:* vt τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις *Moribus refert cocionem: mores eius respondent moribus cocionis:* sordidus, illiberalis, leuis, est 6, 1. * *Vultus:* index morum et animi: vt εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος *Statim vultus induens laetos: vultus remittens* 8, 1. Aliter explicat Casaubon. quem vide. * ἦθη *Mores: ingenium* 1, 4.

Ἧκειν *Venire* 12, 3. 15, 2. 18, 3. 24, 1. * ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας *Qui iam ante quinque dies venerit e Macedonia* 8, 3. Sic ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι *Qui modo redierunt e longinquo itinere* 12, 2.

Ἡλίκη

Ἡλίκη *Quanta sibi sit* negotiatio foenebris 23, 1.

Ἡλικία *Aetas* 27, 1.

Ἦλος· ἦλας ἐγκρῖσαι εἰς τὰ ὑποδήματα *Clauos infigit calceis* 4, 4.

Ἡμέρα *Dies* 3, 2. 8, 3. 20, 2. * τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι *Pro singulis drachmis exigit in dies, vsurae loco, ternos semiobolos* 6, 4. Qui foeneratores dicti sunt ἡμερομισθαί. * τὸ μέσον τῆς ἡμέρας *Meridie* 10, 4. 26, 2. * ἅμ' ἡμέρᾳ *Prima luce* 24, 1. * τῇ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ *Kalendis Posidonis* 28, 2. * ἕως τὴν ἡμέραν περιπατεῖν *Sic per totam diem ambulat* 16, 1. * δυεῖν ἡμερῶν *Biduo* 2, 2.

Ἡμιολίαι *Hemioliae* 25, 1. vbi vide notam.

Ἥμισυς· τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεστιν *Altera rei pars amissa est* 17, 2. * ἡμίση τῶν ῥαφανίδων *Semesi raphani* 11, 5.

Ἡμιωβόλιον *Semiobolus* 10, 1. * τρία ἡμιωβόλια *Tres, terni, semioboli* 6, 4.

Ἡνίκα *Quum* 11, 3.

Ἡρῳαὶ πύλαι *Porta feralis* 14, 4. Dicta ita est a sepulcris et monumentis, quae ἥρῳα vocantur.

Ἡττᾶσθαι· ἡττωμένῳ μεγάλην δίκην — προσελθεῖν *Qui amisit magnam causſam — eum adit* 11, 2. * τούτοις συνυπεῖσθαι ἡττωμένοις 1, 1. vbi vide notam.

Ἧττον· μηδὲν ἧττον *Nihilo minus* 18, 2.

Θ

Θάκος· ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος *Surgens vt eat ad sellam familiaricam* 14, 2. Nam θάκοι sunt vt omnino *sedes, sellae*, ita singulatim *sellae familiaricae*: quibus veteres vsi sunt, non priuatis, verum publicis, ita vt fere aquis impositae essent.

Θάλαττα *Mare* 3, 2. 23, 1.

Θαῤῥεῖν *Bono esse animo* *bonum habere animum* 25. 3.

Θάυματα *Praestigiae*: 6, 2: vbi vide notam.

Θαυμάζειν *Mirari* prooem. 1. 1, 3: vbi cum accusatiuo construitur. * cum ἐπί, sequente Datiuo, 4, 2. * sequente ὅτι 17, 2: et εἰ ibid. 1. * τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βάλλοντας λογοποιοῦντες *Equidem mirari soleo quid tandem spectent tales homines confingendis rumusculis* 8, 4. Dictum est pro τεθαύμακα τί ποτε οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι βάλλοντας λογοπ.

* θαυμάσας ἱκανῶς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ *Comprimens multum dextram eius ambabus manibus* 5, 1.

Θεὰ *Dea* 16, 2.

Θέα *Spectatio ludorum.* vt ἐπὶ θέαν — πορεύεσθαι *Spectatum ire* 11, 3. * *ludi.* vt ὅταν ἡ θέα *Quum eduntur* ſ. *ſpectantur ludi* 5, 3. * *locus e quo ludi ſpectantur.* vt ξένοις αὐτᾶ θέαν ἀγοράσας *Hoſpititibus ſuis quum emit locum et ſedem in theatro* 9, 2.

Θεᾶσθαι· ἐπὶ τῶν θεωμένων *Audientibus ſpectatoribus* 5, 4. add. 7, 5. * θεάσασθαι ἔσι *Videas* 2, 5.

Θέατρον *Theatrum:* aedificium, in quo eduntur et ſpectantur ludi 2, 5. 5, 3. 11, 1. 14, 1. * *ſpectatores* 11, 1.

Θεατρῶναι *Redemtores theatri* 11, 3.

Θέλειν *Velle* 24, 1.

Θεὸς *Deus* 16, 2. * θεοὶ *Dii* 9, 1. 15, 3. 21, 3. * τὰ τᾶ θεᾶ *Caelum* aut *mare* 25, 2. vide notam.

Θεράπαιναι *Ancillulae* 22, 3.

Θεραπεῦσαι *Sanari, curari, iubere* 19, 1. * θεραπεύειν *Curare:* de timido qui amici ſaucii curam habet 25, 4.

Θεωρᾶν *Spectare:* de iis qui ſpectant ludos 6, 2. 9, 2. 11, 1. 14, 1. * de ἀγροίκῳ qui reſiſtens in via ſpectat bouem etc. 4, 2. * θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτᾶ *Spectari volens inſaniam ſuam* 6, 3.

Θηριᾶσθαι· καὶ ταῦτα μὴ θεραπεύσαι, ἀλλ' ἐᾶσαι θηριωθῆναι *Neque ea curat, ſed ſinit immedicabilia fieri* 19, 1.

Θηριώδεις τὰς μασχάλας καὶ δασείας ἔχειν *Habet alas hirſutas, ad modum ferarum* 19, 2.

Θησαυρὸν εὗρηκα ἐδέποτε *Theſaurum inueni nunquam* 17, 2.

Θησεὺς *Theſeus* 26, 3.

Θλίβεσθαι *Premi:* de eo qui premitur onere infantis dormientis in ipſius ſinu 5, 2.

Θοιμάτιον *Pallium* 21, 2. 22, 2.

Θρᾶττα *Threſſa* 28, 1. Threſſae erant per Graeciam contemtiſſimae, quum fex meretricularum fere ex iis conſtaret.

Θρὶξ *Capillus: coma* 2, 2.

Θυγάτηρ *Filia* 22, 1.

Θυμλήματα *Ferta: liba:* confecta e farina, melle, vino, et oleo, ſubacta 10, 3.

Θύλακος *Saccus, vter, ſcorteus* ſ. *coriaceus:* In quo fere farina aſſeruari ſolebat 4, 3. 16, 2: vbi eſt θύλακος ἀλφίτων

φίτων· et homo ſuperſtitioſus iubetur θύλακον ἀλφίτων a muſculo perroſum reſarciendum conſuendumque locare σκυτοδέψῃ.

Θύμος *Thymus:* herba odorata in primis, qua paſcuntur apes maxime 4, 1.

Θύρα *Foreſ:* *ianua* 4, 3. 18, 1.

Θυρικαὶ λήκυθοι *Thyriacae lecythi* 5, 4.

Θύειν *Sacrificare* 19, 2. add. 12, 3. * ἐθύομεν — τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλὰ *Sacrificauimus — matri deum rite et litauimus* 21, 4. add. 9, 1. * βᾶν θύσας *Quum bouem ſacrificauit* 21, 2.

I

Ἰατρὸς *Medicus* 13, 3.

Ἱδρύσασθαι ἱερὸν *Ponit ſacellum* 16, 2. Solitos autem fuiſſe ſuperſtitioſos homines etiam aedes complere aris et ſacellis, docet locus Platonis Legg. 10 a Duporto laudatus, ad quem Caſaubonus iam in Commentario reſpexit.

Ἰέρειαι *Piatrices:* quae aliis vocabulis appellantur ἀγνίστριαι, ὑπομάκτριαι, et περιμάκτριαι, 16, 4.

Ἱερεῖον *Victima* 22, 2. Nam pro πλὴν τῶν ἱερείων obſervante Fiſchero legi debet ſine vlla dubitatione, πλὴν τῶν ἱερῶν, vt ἱερὰ ſint *partes victimae quae debentur diis atque adeo adolentur*, quod genus exta, coxae.

Ἱερὸν· περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ *Corpus ſpargit aqua luſtrali, quum egreditur e templo* 16, 1. * ἱερὸν ἱδρύσασθαι *Sacellum ponit* 26, 2. * ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερὰ *Vt vbi ſacrificatum fuerit, id ipſe populo renunciet* 21, 3. * ἐθύομεν — τὰ ἱερὰ *Sacrificauimus* 21, 3.

Ἱκανὸς — δίκας — φεύγειν dicitur 6, 4. *is vnde petitur.* Nam ἱκανὸς, ſequente Infinitiuo, vſurpatur, vt δεινὸς et δυνατὸς, de eo *qui aut poteſt et ſolet aliquid facere, aut aliquid facit.* * ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν *Cibaria iuſto pauciora* 11, 4. Sed, intellecto, e verbo ἐπιθεῖναι, Infinitiuo δεῖναι, reddi poſſunt verba illa, *iniquo modio taſtigat*, quod ſunt qui ſignificari putent verbo διχοτομεῖν Matth. 24, 31 et Luc. 12, 46.

Ἱκανῶς θαυμάσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ *Bene comprimens dextram eius ambabus manibus* 5, 1.

Ἱλαρὸς *Hilaris* 17, 3.

Ἱμάτιον *Pallium* 2, 2. 3. 10, 4. 18, 2. * ἱμάτιον κηλίδων·

λίδων μεσὸν *Palliumi maculis plenum* 19, 2. * λαμπρὸν ἱμάτιον *Candidum pallium* 21, 3. * τὰ ἱμάτια *Pallia* 5, 3. 8, 4. 10, 4.

Ἱματισμὸς *Veſtes* 23, 4.

Ἵνα *Vt* 5, 2. 11, 1. 14, 2. 18, 3. 21, 1. * ἵνα μὴ *Ne* 10, 4. 11, 5.

Ἰξδαι· κλεῖς ἰωμέναι *Claves rubiginoſae* 10, 4. Quae indicio ſunt et argumento, non aperiri argentaria ab homine μικρολόγῳ.

Ἱππεῖς *Equites* 21, 2. Solon enim deſcripſit ciuitatem Athenienſem in quatuor claſſes, ad quarum ſecundam pertinebant equites.

Ἵππος· ἐφ' ἵππῳ ἀλλοτρίῳ ὀχούμενος *Equo alieno vehens* 27, 2. * οἱ ἵπποι οἱ ἀγαθοὶ *Equi boni et generoſi* h. e. *veloces, acres* 23, 4.

Ἱσάναι· ἑστηκὼς θεωρεῖν *Conſiſtens* ſ. *reſiſtens contemplatur* 4, 2. * ἑστηκὼς πρὸς τῷ καθμῷ *Stans ad lanceam* 9, 2. add. 11, 2. 23, 1. * ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε *Damippum Myſteriis maximam facem accendiſſe ante fores* 3, 2. * ἔν τινι σὰς *In aliqua eius parte conſiſtens* 13, 1. * σάντας πρῶτον περιδεῖν *Stantes* in acie hoſtes *primo circumſpicit* 25, 2.

Ἰσχυρός· ἀλλ' ἦν ἰσχυρὸς γενόμενος *At ſane potens iam erat* 8, 3. Neque enim dubium videri debet, quin ἰσχυρὸς ibi accipiendum ſit omnino de potentia et de opibus. * Φιλαρχία τις ἰσχυρᾷ κέρδει γλιχομένης 26, 1. vbi vide notam.

Ἴσως *Fortaſſis* prooem. 1.

Ἰχθυοπωλεῖα *Tabernae piſcariae*, h. e. *in quibus venduntur piſces* 6, 4.

K

Καθαίρεσθαι *Purgari:* de eo qui bibit helleborum 10, 2.

Καθάπερ *Quemadmodum* 28, 1,

Καθαρίζειν *Purificare: luſtrare:* de homine ſuperſtitioſo qui domum crebrius purificat 16, 3. Purificatio domus fiebat fere ſulfure. Auctor eius et inuentor perhibetur Epimenides a Laërtio 1, 112: apud quem eſt καθῆραι.

Καθέζεσθαι *Sedere* 22, 4.

Καθέκαστα vide ſupra in ἕκαστος.

Καθεύδειν *Dormire* 5, 2. 7, 5. 13, 2. 14, 1. * ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα *Excitat eum qui modo dormire coeperit* 20, 1.

Καθῆσθαι *Sedere* 2, 1. 5, 3. 11, 1. 25, 4.

Καθιζάνειν *Sedere* 4, 2.

Κα-

Καθίζειν *Sedere iubere: ponere: collocare* 5, 2.

Καθιστάναι· καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων — παράσομαι — Φανερὰ κατασῆσαι *Neque ſolum hoc vitium, ſed reliqua etiam — inſtituam — deſcribere et notare* prooem. 4.

Καί, praeter tralatitias notiones hoc in libello habet non ſolum vim augendi, *adeo:* vt 7, 5. 14, 3. 17, 2. 18, 1. 24, 1; ſed etiam poteſtatem explicandi, *quippe, vtpote:* vt prooem. 2. 17, 2. Etiam Latinorum particula *et* ſaepe habet vim augendi. vt Cic. 9. ep. 26. *gemitum* et *in riſus maximos transfero*, et apud Liu. 43, 14. *quod* et *iuniores non reſponderent.* * καὐτα *Et deinde* 4, 2. * καὐτῆ *Et illic* ſ. *ibi* 9, 3: vbi vide notam. * καὐμὲ *Et me* 26, 2. * καὶ μὴν *At:* 1, 3. 8, 1: *quin etiam* 2, 5. 24, 3. καὶ ταῦτα *praeſertim, und noch darzu* 23, 4. vbi vide notam. * καίπερ *Etſi* 2, 2.

Καινός· δοκῶ μοὶ σὲ ἐνωχήσειν καινῶν λόγων *Videor ego mihi narrare tibi poſſe noua: videor ego mihi te accipere poſſe nouis epulis* 8, 1. * ἔχεις περὶ τῆσδε ἐπῆν καινόν; *Ecquid habes noui de iſta re?* 8, 1. Sic ibid. μὴ λέγεταί τι καινότερον; *Num feratur quid noui?* Comparatiuus loco Poſitiui, vt Act. 17, 21. * ἀποδὰς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδόναι *Quum ſoluere debet minam argenti, curat* ſ. *iubet eam reddi in aſpero* ſ. *numis argenteis recens ſignatis* 21, 2.

Καιρός· ὑπὲρ τὸν καιρὸν *Supra modum* 10, 1: vbi verba Φειδωλία — ὑπὲρ τὸν καιρὸν reddi poſſunt, *parſimonia — immodica, ineptia, nimia.*

Κακολογία *Maledicentia: obtrectatio* 28, 1.

Κακόλογος *Maledicus* 28, 1.

Κακὸς μαστιγίας *Malus verbero* 28, 2. * τὸν Θησέα πρῶτον τῶν κακῶν τῇ πόλει γενόναι *Theſea primum malorum ciuitati extitiſſe* 26, 3. * περὶ τῶν φίλων κακὰ εἰπεῖν *De amicis male loquitur: amicos obtrectat* 28, 3.

Κακῶς λέγειν *Male dicere: male loqui* 1, 1. [vbi conſtruitur cùm Caſu quarto]. 28, 2. [vbi conſtruitur cum Praepoſitione περὶ, ſequente Genitiuo]. * κακῶς ἀκοῦσαι *Male audire:* de eo de quo alii male opinantur, qui vituperatur ab aliis 6, 1. Vt apud Platonem Criton. 12. * κακῶν ἔχων *Aegrotus* 13, 2.

Κα-

Καλεῖν· Σωσίας ἐκαλεῖτο *Sofias nominatus eſt* 28, 1. * κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα *Iubet vocare liberos conuiuatorem* 5, 2. * καλέσαι τῶν παριόντων ὀνομαστί τινα *Appellat praetereuntium aliquem nominatim* 11, 2. * ἰατρέας καλέσας *Piatrices arceſſens* 16, 4. * ὁ καλέσας *Conuiuator* 21, 1. Sed 17, 1. verba ἐπὶ δεῖπνον καλέσας obſeruante Piſchero V. C. accipi debent de ſeruo vocatore. nam ſenſus loci eſt: Homo querulus, ſi amicus ipſi portionem mittit, puero qui eam affert, dicit, *Inuidiſti mihi iuſculum et villum: propterea me non vocaſti ad coenam.* * κεκλημένος ἐπὶ δεῖπνον 5, 2. et ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς 21, 1. *Vocatus ad coenam.* * κεκλημένος εἰς γάμους *Vocatus ad nuptias* ſ. *ad coenam nuptialem* 12, 2.

Καθαίνειν τὴν οἰκίαν *Purgare, euerrere, domum* 22, 3. Vid. ſupra ἐκκορῆσαι.

Καλός· ἐθύομεν τὰ ἱερὰ — καλά *Litauimus* 21, 3. vbi vide notam.

Καλύμματα *Stragulae* 20, 2.

Κάρυα *Nuces*: omnes fructus arbutei qui extrinſecus habent lignum et corticem 11, 2.

Καρφολογῆσαι proprie *feſtucas legere*: ſed 2, 2 notat ſimpliciter *eximere*. praecedit enim ἄχυρον, quod iam ipſum valet *paleam* et *feſtucam*.

Κατά· 1) cum Genitiuo *contra*, vt ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις — πρᾴως διαλέγεσθαι *De maledictis — ore aequo et leni loquitur* 1, 1. * κατὰ τῶν πλησίον γε ἅμα διηγέμενος κατηγορίαν παρεμβαλεῖν *Quod quum narrat in multitudinem ſimul inuehitur* 7, 4. * ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων *Opinio et ſuſpicio iniuſtitiae et improbitatis de omnibus* 18, 1. * ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λέσθαι *In triuiis, diſcendens inde, lauat ſibi caput* 16, 4. 2) Cum Accuſatiuo. vt τὰ κατ' ἀγρὸν Διονύσια *Ruſtica Dionyſia* 3, 3. * κατὰ ἀγρυπνίαν *Inſomnis: exſomnis* 4, 3. * κατὰ τὰς Ἡρίας πύλας *Per feralem portam* 14, 4. * κατὰ γένος *Singulatim* prooem. 2. Senſus eſt, *Non exponam univerſe de vitiis et virtutibus, non differam de omnibus vitiis et virtutibus ſimul, verum ſeparatim de vitio et virtute quaque.* Atque ſic capienda ſunt eadem verba ibid. 4. *

οἷ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱρέντες παρεδαπανήθησαν *Sunt qui, quum narrant oppida vi capta esse, coena privantur* 8, 4. * κατὰ σπουδὴν *Confestim: statim* 1, 2. Sic καθ' ὑπερβολὴν *Egregie: summa* 21, 4. * καθ' ἕκαστον παριὼν *Singulos adiens* 6, 2. * ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν *Fercula quae coenauerit enumerat singula* 3, 1. * ὅταν τὰς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ *Vbi singulos enecauit* 7, 2. * ποσὲν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίας κατὰ μίαν *Numerare eos, et quidem sexcentos, vt singulis calculis respondeant singuli homines singulaeque summae* 23, 3. Vid. supra ἑξ. * κατὰ μῆνα *Singulis mensibus* 16, 3. Sic κατὰ σταδίον *Singulis stadiis* 18, 1.

Καταβαίνειν *Descendere* 4, 4.

Καταβάλλειν τὸ ἦθος *Remittere vultus: induere vultus laetos* 8, 1. Vid. supra ἦθος.

Καταγινώσκειν *Fidem non habere: accusare mendacii:* sequente Genitiuo 1, 3. Nam verba ὅπως σοὶ — ἀπορῶμαι Fischerus ita intelligit: *Nescio quomodo tibi non habere debeam fidem aut quomodo de istius fide dubitare possim*, h. e. *et te et istum veracem puto: neque de tua fide neque de istius grauitate dubito.*

Κατάγνυμι· οἰκέτα χύτρων ἢ λοπάδα καταάξαντος *Si seruus ollam aut patinam fregit* 10, 2.

Καταδεής· ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν *Ne inferiores sint iis: ne cedant iis studio virtutis* prooem. 3.

Καταισχύνειν· πεσὼν τὴν κεφαλὴν καταισχύναι *Cadens de equo caput laedit* f. *deturpat* 27, 2.

Κατακεῖσθαι dicitur vel de *iis qui se contulerunt dormitum; qui cubant iacentque in lecto*, vt 18, 2: vel de *iis qui accubant*, vt 21, 1: vel denique de *iis qui decumbunt*, vt 25, 4. Quo sensu est *iacere* apud Cic. 9. ep. 20: et *cubare* apud Ouid. her. 20, 164.

Καταλείπειν· μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων *Solus relinquitur* f. *remanet dormiens* 14, 2. * τὰ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίσῃ τῶν ῥαφανίδων ἀπογράφεσθαι *Raphani semesi quum tolluntur de mensa, eos numerat et in tabulas refert* 11, 5. * καταλαφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων *Relictis iis eiusmodi monumentis* prooem. 3. * τὸ ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν *Via-*

Viaticum domi relinquit 11, 3. * ὥστε τὰς ἀκούοντας — μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι *Ita vt audientes — eum dum loquitur deserentes discedant* 11, 4.

Καταπονεῖν dicitur de *iis omnibus qui aliis molestias maximas et praecipuas creant.* vt ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τὰς ἀκούοντας ἅτως ἢ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις *Enecantes et tantum non conficientes vanis sermonibus eos qui audiunt* 8, 5.

Καταράσασθαι τῷ λίθῳ *Execratur lapidem* 15, 2.

Κατάστρωμα *Pars constrati nauis in puppi*, vbi *gubernator quasi habitat* 22, 2.

Κατατίθεσθαι· κατάθου *Impono solue praesenti pecunia* 18, 3. vbi vide notam.

Καταφιλεῖσθαι· ὑπὸ τῆς ἑταίρας καταφιλούμενος *Quum amica eum perquam amanter osculatur* 17, 1. Nam quanquam καταφιλεῖν saepe idem valet quod φιλεῖν tamen saepe etiam ab eo ita distinguitur, vt sit *osculari oppido amanter, et sic, vt os tuum, vt labia tua, iuncta sint paullo diutius ori labiisque alterius.* vid. Xenoph. Memorr. 2, 6. 33. Neque aliter accipiendum esse apud Theophrastum, ipsa natura et leuitas μεμψιμοιρίας indicare videtur.

Καταφρόνησις δόξης *Contemtio existimationis* 9, 1. * καταφρόνησις — τῶν ἄλλων *Contemtio — ceterorum* 24, 1.

Καταχεῖν ἔλαιον ἐκ τῆς ληκύθου τῶν λιπαρῶν λίθων *Fundit oleum e lecytho in lapides vnctos* 16, 2. * δεινὸς — βάψας ἀρύταιναν — αὐτὸς αὑτῷ καταχέασθαι *Solet — haurire trulla aquam — seque ipse ea perfundere* 9, 3.

Κατενέγκαν· εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται *Quales sint eius mores: quibus moribus, quo ingenio, sit praeditus* prooem. 4. * ἀπ' αὐτῆς ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς κατενεχθῆναι *Ab Rege orsi omnium sermones in nomine Regis desierunt* 2. 1. Nam manifestum est, κατενεχθῆναι referri ad ἀρξαμένους. * πάλαι σὲ παρετήρων εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ *Dudum exspectabam, an futurum esset, vt tua in eandem mecum rem incideret oratio* 7, 2.

Κατέχειν *Scire: tenere* 26, 1. * ὡς δὴ ἀδυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα *Quasi non possit tenere risum* 2, 3.

Κατηγορεῖν τῆς γυναικείας γένους *Inuehitur in femininum sexum* 12, 2.

Κατηγορίαν παρεμβαλεῖν κατὰ τῶν πληθῶν *Inuehitur in multitudinem* 7, 4.

Κάτω· ὡς ἐλλέβορον πιών, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη *Se helleborum bibisse, qui vomitiones concitauerit et aluum mouerit* 20, 2. * κάτω κεκυφὼς *Oculos deiiciens: caput demittens* 24, 2. Opponitur haec formula verbo ἀνακύπτειν c. 11, 1.

Καυματίζεσθαι *Febri ardente laborare*, aut omnino *aestu laborare* 13, 2.

Κείρεσθαι· ἐν χρῷ κειρόμενοι *Ad cutem* s. *cute tenus tonsi* 10, 4. Quales homines etiam κειρίαν ἐν χρῷ dicti sunt. Solebant autem non tantum μικρολόγοι id facere, sed etiam alii, vel sanitatis ergo, vt athletae, vel singularis severitatis ostentandae caussa, vt philosophi, et in his maxime Stoici. Et Celsus tonderi ad cutem iubet in diuturna pituita. * μέσην κεφαλὴν κεκαρμένος *Medias comas tonsus* 26, 2. Μέση κεφαλή est *quum quis comam non finit promissam dependere, neque tamen se tonderi iubet usque ad cutem.* Videtur autem μέση κεφαλὴ Athenis fuisse divitum hominum, nobilium, potentum.

Κεῖσθαι· τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης *Quum Graecia* s. *Athenae eidem caelo, eidem tractui caeli, subiectae sint* prooem. 1.

Κελεύειν *Iubere: curare: monere:* sequente infinitiuo 2, 3. 5, 2. 9, 3. 11, 2. 12, 1. 15, 2. 16, 4. 18, 3. 23, 3. 24, 2. * ὅταν αὐτὸν — κελεύῃ, λέγοντα ταῦτα *Quum eum compellant* s. *hortantur his verbis* s. *ita* 7, 5.

Κεράννυμι· πλέω ἐπαναγκάσας τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες ἐκπιεῖν *Cogit puerum miscere et temperare plus quam quod possint conuiuae ebibere* 23, 2. * οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον, τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι *Quum vinum vendit, vendit etiam amico dilutum* s. *aqua mistum* 11, 3.

Κέρδος· αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους *Turpis lucri caussa* 9, 1. * Sed 26, 1. ἰσχυροῦ κέρδους corruptum est. vide notam.

Κεφάλαιον ποιεῖν *Summam facere* 14, 1. 24, 3. * τὸ κεφάλαιον *Omnino: denique* 2, 5.

Κεφαλὴ *Caput* 2, 2. 16, 4. 27, 2.

Κηλίδων μεστὸν ἱμάτιον *Palliummaculis plenum* 19, 2.

Κῆ-

Κῆπος *Hortus* 10, 2.

Κηρύττειν *Praeconem esse* 6, 2. Fuerunt quatuor praeconum genera. vid. Pollux 8, 103. Quartum eorum genus, τὰς κατ' ἀγορὰν τὰ ὤνια προκηρύττοντας vocat Pollux, infame ponebatur minusque honestum apud veteres. Certe idem Pollux 6, 128. in nominibus βίων ἐπονειδίστων habet — πορνοβοσκὸς — πανδοκεὺς — κῆρυξ. De praeconibus eorumque apud Graecos maxime officiis extat dissertatio Schereri, Argentorati a. 1745 quaternis.

Κιβωτὸς *Arca* 10, 2. 18, 2. Differt a κίστη ita. Κιβωτοὶ erant *ligneae*, fere tiliaceae, sed κίστας *vimineae*.

Κινδυνεύειν· ὡς κινδυνεύσας σέσωκε τὸν φίλον *Quanto cum vitae periculo ipse seruauerit amicum* 25, 5.

Κίων *Columna* 3, 2.

Κλάδος Μελιταῖος *Soboles Melitaea* 21, 2. vbi vide notam.

Κλεὶς *Clauis* 10, 4.

Κλεῖσαι· εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν *An clauserit arcam vestiariam* s. *vestiarium* 18, 2.

Κλίνη· μεταφέρειν — τὰς κλίνας *Loco mouet lectos* 10, 2. Puto autem cum cel. Fischero, ibi non tantum cubiculares lectos significari, sed etiam tricliniares. Certe 22, 4. αἱ κλίναι sunt *lecti tricliniares*. id quod vel verbum ἐκκορῆσαι docet. * Sed 23, 4. pro ἐπὶ τὰς κλίνας emendari, credo cum Fischero, debet ἐπὶ τὰς σκηνάς. Vid. infra σκηνή.

Κλοπὴ *Furtum* 6, 2.

Κλυδωνίῳ γενομένῳ *Quum mare fluctuat paullulum* 25, 1.

Κοιλιάχιον 18, 2. potest dupliciter explicari. Nam videtur significari aut *follis, ventrale*, quod alio vocabulo appellatur κοιλιόδεσμος, quia follis alligatur, vel potius circumligatur, ventri: aut *arca pecuniaria*. nam vocabula rerum, quae, qua vsum, eaedem sunt, non raro permutantur inter se. Iam vero ventrali pecunia aeque continetur atque arca, et contra.

Κοινός· κοινὸν ἔναγ — τὸν Ἑρμῆν *Communem esse — Mercurium* 11, 4. Vid. supra Ἑρμῆς. * αἰτεῖν τοῖς αὑτῷ παισὶν ἐκ τῆς κοινῆς ὄψον *Petit suis pueris obsonia de iis quae apposait* 11, 5. * ἵνα κοινὸς ἔναγ δοκῇ *Vt communis esse videatur* h. e. *aequus, non cupidus, vtriusque partis aeque studiosus* 5, 2.

Κοίρανος ἐς ἔγω *Imperium sit penes vnum* 26, 1. Nam κοίρανος etsi fere distinguitur a βασιλεῦ, ita vt sit ὁ πρός καιρὸν τὸ βασιλέως ἔργον ποιῶν· tamen saepe idem est quod ὁ ἄρχων. Certe Hesychius nomen πολυκοιρανίη interpretatur per πολυαρχία.

Κολακεία *Adulatio* 2, 1.

Κολακεύειν *Adulari* 2, 1.

Κόλαξ *Adulator* 2, 1. 5.

Κόλπος *Sinus* 16, 4.

Κομίζειν· ὡς ἀυτὸς ἀυτὸν σκηνὴν ἐκόμισεν *Se eum suis manibus in tentorium retulisse* 25, 5. * ὅσα λιθοκόλλητα κοσμήρια ἐκόμισε *Quot gemmata potoria reportauerit secum* 23, 1. Dictum est pro ἐκομίσατο. Saepe enim Actiua, etiam ab Atticis, ponuntur loco Mediorum, vt ἀπαλλάττειν et alia. * κομίσασθαι παρ' Ἀρχίε τὰς παρίχας *Salsamenta ab Archia emta domum refert ipse* 4, 4.

Κόνις παλαιστρικὸς *Pulvis palaestricus* 5, 4. Erat arena tenuissima, quae fere ex Aegypto aduehebatur. vid. Plinius H. N. 35, 13.

Κόπος· καὶ τὰ παιδία ἑαυτὰ — καὶ εἰς κόπας ἐμβάλλειν *Et quum pueruios suos lustari et currere iubet, cogit eos id facere eum in finem quoad adeo fatigentur* 14, 3.

Κόπτειν· μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι *Carnes in minutas particulas concisas apponit* 10, 3. * κόψαντος τὴν θύραν ὑπακοῦσαι αὐτὸς *Quum quis pulsat fores, respondet aperitque fores ipse* 4, 3. vide ibi notata.

Κόραξ· ἄπαγ' ἐς κόρακας *Abi in malam rem* 25, 4. Vid. supra ἀπάγειν et εἰς.

Κόρδαξ *Cordax* 6, 1. Fuit genus saltationis Comicae (vnde Theophrastus addit ἐν κωμικῷ χορῷ) obscenae et lasciuae, h. e. praesultor dustitabat restim (hoc certe sunt qui colligant ex eo quod Aristophanes Nubb. 540 dicit κόρδαχ' εἱλκυσεν) et reliqui eum sequebantur tenentes manibus eandem restim, ita vt mouerent lumbos et iactarent, vt pudor oculorum offenderetur.

Κορέ· μέσην κορὴν κεκαρμένος *Tonsus comas medias* 26, 2.

Κορεῖον *Tonstrina* 11, 3.

Κόφινος *Cophinus: corbis* 4, 3. Hesychius: κόφινος· μέτρον χωρῶν χοὰς τρεῖς.

Κράτιστον ἄνδρα εἰπών *Virum optimum appellans* 5, 1.

Κράτος· εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱρῶντες

τες παρεδειπνήθησαν *Sunt etiam qui, quum oppida vi capta esse* narrant, coena priventer 8, 4. * *potestas, imperium.* nam 26, 1. Fischerus pro ἰσχυρῦ κέρδους legendum censet ἰσχυρῦ κράτους.

Κραυγή *Clamor* 25, 3.

Κρέας *Caro* 9, 1. 2. * κρέα *Carnes* 9, 1. 10, 3. 22, 1. 2.

Κρεωπώλης *Lanius: carnarius* 9, 2.

Κρηπῖδες *Crepidae* 2, 4. Erant calceamenta quibus tegerentur plantarum calces infimae, ceteris prope nudis teretibusque habenis vinctis.

Κριθαὶ *Hordea* 9, 3.

Κρῖναι *Iudicare* 7, 5. * τῦ πράγματος ἤδη κεκριμένυ *Re iam iudicata* 12, 2.

Κροκίδα ἀφελεῖν ἀπὸ τῦ ἱματίυ *Floccos legit de pallio* 2, 2. Nam κροκίς (scribitur etiam κροκύς) sunt *flocci* (*Fasern*).

Κροτεῖν ἐν θεάτρῳ, ὅταν οἱ ἄλλοι πάυωνται *Plaudit in theatro, quum reliqui spectatores quiescunt* 11, 1. Sed 19, 4 est κροτῆσαι ταῖς χερσί.

Κρύπτεσθαι· ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τύτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ *Se etiam clam sublegendo sermones aliorum cognouisse, latere in aedibus eorum aliquem* 8, 3.

Κτήσασθαι τίτυρον *Habet satyrum* 5, 4.

Κυβερνήτης· τὰ τῦ κυβερνήτυ στρώματα *Gubernatoris stragulae* 22, 2. * τῦ κυβερνήτυ ἀνακόπτοντος *Gubernator quum inhibet nauem* 25, 2.

Κυβεύειν *Aleatorem esse* 6, 2.

Κύζικος *Cyzicus* 5, 3. vbi vide notam.

Κυκεὼν *Vinum medicatum* 4, 1. vbi vide notam.

Κύλικες *Pocula: calices* 10, 1.

Κύμινον *Cuminum* 10, 3. Vnde κυμινοπρίσται *cumini spectores* dicti sunt *homines parce parci*, σμικρολόγοι.

Κυνάριον *Catulus* 21, 2.

Κύπτειν· κάτω κεκυφώς *Oculos deiiciens: caput demittens* 24, 2.

Κύων *Canis* 4, 3. 14, 2. * Λακωνικαὶ κύνες *Laconici canes* 5, 3. Laudantur a veteribus et ob sagacitatem et ob velocitatem, adeo vt venatores iis maxime delectarentur.

Κωλύειν *Prohibere: impedire* 7, 3. 5. 20, 1.

Κωμάζειν *Comissatum ire* 12, 1: vbi πρὸς τὴν ἐρωμένην κωμάζειν est *ad fores amicae ebrius accedere noctu eamque prouocare ad saltandum* etc.

Κωμικὸς χορὸς *Comicus chorus* 6, 2.

A

Λάθρα *Clam* 1, 1.

Λακεδαιμόνιοι *Lacedaemonii* 7, 4.

Λακεδαίμων· βακτηρίαν τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος *Baculi tortuosi Laconici* 5, 4.

Λακκαῖον ὕδωρ *Ciſternina aqua* 20, 3.

Λακωνικαὶ κύνες *Laconici canes* 5, 3. Vid. ſupra κύων.

Λαλεῖν· οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, ἐ μισεῖν *Adit inimicos, et loquitur cum illis, ita vt occultet et diſſimulet odium* 1, 1. add. 2, 5. 20, 1. 24, 2. * μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν *Magna voce loquitur* 4, 1. * λαλεῖν τι ἡμῖν *Narra nobis aliquid* 7, 5. Intell. ἔθελε qui Imperativus additur ab Homero Il. β', 247. * τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν πε *Loquacitas quam vtilis eſt interdum!* aut *quam iuuat nonnunquam loqui!* 7, 2.

Λαλιὰ *Loquacitas: garrulitas* 7, 1.

Λάλος *Loquax: blatero: loeutuleius: lingulica* 7, 1. 5. * οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος *Nec ſi videatur eſſe garrulus magis quam hirundines* 7, 5. Sic ab Anacreonte Odar. 12, 2. hirundo vocatur λάλη, vt cornix ab Ouidio Amorr. 3, 5. 22. *garrula.*

Λαμβάνειν διάπειραν *Experiri: periculum facere: videre:* an aegrotus velit et poſſit vinum bibere 13, 3. * αὐτὸς ὅσα εἴληφε *Ipſe quantam pecuniae inde fecerit* 23, 1. * οἱ ἀληφότες τι 19, 3. dicuntur *qui emunt aliquid ab aliquo.* add. 4, 3. * ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ *Vt oculis noſtris ſomnus obrepat* 7, 5. Contra 25, 4. * οὐκ ἐάσει τὸν ἄνθρωπον ὕπνον λαβεῖν; *Non ſines hominem ſomnum capere?* * καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει *Quod ſi auferre poſſit, bene habet* 9, 2. add. 11, 5. * ὡς τύπῳ λαβεῖν 1, 1. et ὡς ὅρῳ λαβεῖν 9, 1. *Si quis deſcribere velit.* * ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν — ἐπελάθετο. *Se ſpatham ſecum efferre — oblitum eſſe* 25, 3. * πληγὰς λαβεῖν *Verberari* 12, 3. * δάφνης ἐς τὸ στόμα λαβὼν *Laurum manderis* 16, 1. * λαβὼν πάσας τὰς ψήφους *Si tulit in iudicio omnium calculos* 17, 2. * ἀπέστελλε πρὸς σὲ ληψόμενος *Miſit ad te qui meo nomine acciperet* 24, 2. * λαβὼν redundare videtur 14, 2.

Λαμπρὸν ἱμάτιον *Candidum pallium* 21, 3.

Λαν-

Λανθάνειν· τὴν σιτοποιὸν παρῆν λαθεῖν *Caret et videt, ne conſpiciatur deprehendaturque a piſtrice* 4, 2.

Λάχανα *Olera (Küchenkräuter)* 20, 2. 22, 2.

Λέγειν *Dicere: oſtendere: narrare: differere* prooem. 4. 1, 3. 2, 1. 5. 3, 2. 7, 1. 5. 8, 2. 3. 10, 3. 14, 4. 15, 1. 2. 18, 3. 23, 1. 25, 2. 3. 28, 2. Conſtruitur et cum Dativo perſonae ſimpliciter et cum Praepoſitione πρὸς, ſequente Accuſatiuo, * τί λέγεις; *Quod habes quod mihi narres? ſ. quid affers?* 8, 1. * ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βαλόμενον κελεύῃ, λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν *Quum eum iam dormitantem hortantur et compellant, Nurra, inquientes, nobis aliquid* 7, 5. * κακῶς λέγειν *Male dicere: obtrectare* 1, 1. 28, 3. 4. * γράμματα — ὡς πάρεσι παρ' Ἀντιπάτρου — λέγονται — *Litteras — allatas eſſe ab Antipatro, in quibus ſcriptum ſit* 23, 2. * μὴ λέγεταί τι καινότερον; *Num fertur quid noui?* 8, 1: et mox καὶ μὴν ἀγαθά γέ ἐστι τὰ λεγόμενα; *At laeta ſaltem et bona ſunt quae feruntur?* Verba ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν ita diſtingui iubent. * ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτὸν λεγομένοις — πρὸς διαλέγεσθαι *De maledictis quae in ipſum conferuntur, — aequo ore loquitur* 1, 1.

Λατρεύειν· ἐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελατρεύηκε *Neque reliqua munera quibus functus ſit* 23, 4.

Λατρείαι *Munera*, h. e. negotia quae ſuſcipiuntur, ſumtus qui fiunt, reip. cauſa 23, 4.

Λέπρα *Lepra*: genus ſcabiei depaſcentis cutem 19, 1.

Λεπτὸς *Gracilis: macer: male habitus* 26, 3.

Λευκοὶ ὀδόντες *Candiduli dentes* 5, 3.

Λίχος *Lectus puerperae* 16, 3.

Ληκύθια μικρὰ πάνυ *Ampullulae oppido ſ. male minutae* 10, 4.

Λήκυθοι *Vaſa unguentaria et olearia* quibus vtebantur veteres vel in gymnaſiis vel in balneis. * ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν *E lecytho oleum fundit* 16, 2. * Θυρια-καὶ τῶν στρογγύλων λήκυθοι *Thyriacae lecythi rotundae* 5, 4.

Λίαν λυπρὸν ἀργύριον *Numi argentei opido tenues et leues* 4, 3.

Λίθος *Lapis* 15, 2. 16, 1, 2.

Λιθοκόλλητα ποτήρια Gemmata potoria 23, 2.

Λιπαροὶ λίθοι Lapides uncti: lapides unguine delibuti 16, 1.

Λογίζεσθαι Imputare: expensum ferre 10, 1. * λογισάμενος ταῖς ψήφοις Quum computat rationem calculis 14, 1. * λογιζόμενος πρός τινα Quum rationes putat cum aliquo 24, 2.

Λογοπλειῶν Rumusculos vanos et falsos confingere, dissipare, famigerare 8, 4. * ὁ λογοποιῶν Famiger: famigerator 8, 1. Hesychius: λογοποιήσαντες· πλασάμενοι λόγους ψευδεῖς. conf. ill. Harles in indice ad Anthol. gr. prof. h. v.

Λογοποιΐα Famigeratio 8, 1.

Λογοποιὸς Famiger: famigerator 8, 1.

Λόγος· τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον Sed conuertam me iam ad rem ipsam prooem. 4. * πρῶτον μὲν ἓν ποιήσομαι τὸν λόγον Faciam igitur initium: atque primo quidem dicam prooem. 4. * προσποίησις πράξεων καὶ λόγων Simulatio dissimulatione in factis et in dictis 1, 1: et προσποίησις τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας Quum quis dicit aliquid et facit, modo vt amicus aliis videatur iisque fauere et cupere 13, 1. * τὸ ὅλον δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τὲ λόγε χρῆσθαι Omnino vtitur vocibus his s. tali oratione 1, 3. Sic 26, 2. δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι Solet in ore habere huiusmodi voces: et ibid. 3. σοβᾶν τὰς τοιούτας λόγας Incedens iactat voces has. * ἐμπεσόντος λόγε τίς εἴη βέλτιστος Exorta forte quaestione quis esset optimus 2, 1. * διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβλήτων Vsurpatio sermonum longorum et temerariorum 3, 1. * ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων Quum quis sustinet turpia facere et dicere 6, 1. * ἀκρασία τὲ λόγε Intemperantia sermonis 7, 1. * προσδιηγήσασθαι — ὅς ποτε λόγας αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ Refert etiam — quid ipse aliquando dixerit in concione, applaudente populo 7, 4. * εἰσὶ δ' οἳ καὶ λόγῳ κατὰ κράτος πόλεις αἱρόντες, παρεδεπνήθησαν Sunt etiam qui, narrantes oppida vi capta esse, domicoenio afficiantur 8, 4. * τὸν λόγον ἐπεντείνειν Rumorem increbescere 8, 2. * σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων Confictio dictorum vanorum factorumque 8, 1. * δοκῶ μοὶ σὲ ἐνωχήσειν καὶ-

καινῶν λόγων *Videor mihi narrare tibi posse noua* ſ. *res novas* 8, 1. * αἱ ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦται εἰσιν αὐτὰ *Remittit ad auctores eorum quae dicit, illos* 8, 2. * βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν *Tarditas animi in dictis et in factis* 14, 1. Ita 15, 1. ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις *Consuetudo morosa quae se ostendit in dictis* ſ. *in verbis:* et 28, 1. ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις *Quum animus studet in sermonibus malus esse*, h. e. *quum quis studiose et unice hoc agit, vt detrectet alios et de iis male loquatur.* * ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον *Accusat, vituperat, auctorem orationis* 17, 3. * γράψαι αὐτῷ [l. αὐτὸ] εἰς λόγον *Referre in rationes* 24, 3.

Λοιδορεῖσθαι· κακῶς ἀκοῦσαι καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος *Non commouetur, quod male audiat et conuiciis proscindatur* 6, 1. Sed 6, 3. λοιδορεμένων ita accipi debet, vt περίστασιν dicantur ipsam turbam circumstantem, certe partem eius, conuiciis proscindere: nam hoc faciunt praestigiatores aliique istius generis homines, vt oblectent scilicet turbam spectatoresque plures pelliciant.

Λοιδορία· τὸ στόμα ἕτοιμον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν *Os promptum habentes et paratum ad iacienda conuicia* 6, 5.

Λοιποὶ *Reliqui* 11, 1.

Λοπὰς *Patina* 10, 2.

Λούεσθαι τῷ ψυχρῷ *Lauare se frigida* 28, 3. * κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι *Caput sibi lauat* 16, 4. * ὅτι λέλουται *Se lauisse* 9, 3.

Λύκων *Lyco:* nomen mancipis 8, 2.

Λυπεῖν· ἐπίτευξις λυπεῖσα τὰς ἐντυγχάνοντας *Consuetudo molesta iis quibuscum congrediare et versere* 12, 1.

Λύπη *Molestia* 19, 1. 20, 1.

Λυπρὸν ἀργύριον *Tenue et leue argentum* 4, 3. Λυπρὸν enim dicitur *quicquid in suo genere vile est et tenue.*

Λυσιτελεῖν *Prodesse: vtilem esse* 10, 2.

Λύχνος *Lucerna* 18, 2.

M

Μαγειρεῖα *Popinae:* loca publica vbi obsonia cocta venduntur 6, 4.

Μαγειρέων *Coquum, popam, esse* 6, 2.

Μαίνεσθαι *Furere: furiosum esse* 16, 4.

Με-

Μακεδονία *Macedonia*: regio Graeciae inter Thraciam et Theſſaliam 8, 3. 23, 2.

Μακρὸς ἀνδριὰς *Magna ſtatua* 27, 2. ᾽ λόγοι μακροὶ *Sermones longi* 3, 1. * μακρὰ ὁδὸς *Longinquum iter* 12, 2.

Μαλακιδᾶν *Languere e via* 1, 2.

Μαλακῶς· ὡς μαλακῶς ἐδίας *Lautos vero cibos! quam laute acciperis!* 2, 4.

Μᾶλλον *Magis: potius* 1, 5. 25, 4. * μάλιστα μὲν *Fere:* ſequentibus particulis ἐὰ δὲ μὴ 9, 2: et ſimpliciter 18, 3: vbi vide notam.

Μανθάνειν ἐᾷσας *Ediſcit locos e poëtis* 27, 1. * παρὰ τᾶ υἱᾶ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δεξιὰ *A filio diſcere quomodo fiat converſio ad dextram* 27, 1. add. ibid. 2. * μεμαθηκότες *Qui cognouerunt rem* 12, 2. * καὶ ἂν ἀκάᾳ αὐτᾶ, μαθήσεται *Quod, ſi velit ipſum audire, cognoſcere poſſit* 7, 1.

Μάντεις *Vates* 16, 3.

Μαρτυρᾶν *Teſtari: teſtimonium dicere* 12, 1.

Μάρτυρες *Teſtes* 14, 2. 18, 2.

Μασσᾶσθαι *Mandere* 20, 11 vbi μασσώμενον σιτίζειν eſt *Cibum commanſum indere infanti in os.*

Μαστιγίας proprie *verbero, verberoſus*, μαστιζόμενος, vt interpretatur Heſychius: ſed 28, 2. κακὸς μαστιγίας eſt *homo peſſimus, homo nullius frugis.*

Μαστιγᾶσθαι *Flagellari: flagellis caedi* 12, 3.

Μασχάλαι *Alae* 19, 2. Eſt vocabulum Atticum, pro quo reliqui Graeci dicunt μάλαι· qua forma Attici vtuntur in ſola formula ὑπὸ μάλης.

Μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις *Pugnare cum hoſtibus* 25, 4. * *obiurgare: increpare: expoſtulare* 6, 2. 14, 2. 23, 5. * *rixari* 13, 2.

Μάχη *Pugna* 7, 4. 8, 1. 2. 25, 5.

Μέγας· ἔχων τὰς ὄνυχας μεγάλας *Habens vngues longos* 19, 1. * μεγάλᾳ τᾷ φωνᾷ λαλᾶν *Magna voce loquitur* 4, 1. add. 6, 3. 5. * ἔστᾶσθαι μεγάλην δίκην *Amiſiſſe magnam cauſſam* 11, 2. * στέμματα μεγάλα *Corona magnae* 21, 2. * Comparat. ἐπιθᾶναι μᾶζον φορτίον *Imponit maius onus* 11, 4. * μείζω τᾶ ποδὸς τὰ ὑποδήματα *Male laxi calcei* 4, 1. * Superlat. μεγίστη δὰς *Maxima fax* 3, 2. * τὰ μέγιστα *Res maximae* 4, 1.

Me-

Μεθύσκεσθαι *Vino se obruere* 11, 3. Hesychius: *μεθύσκομαι· πληρῶμαι.* intell. *οἴνῳ.*

Μεθύειν *Ebrium esse* 12, 4. confer omnino notata ad h. l.

Μειδιᾷν *Renidere* 8, 1.

Μέλας· *ὀδόντες μέλανες Dentes nigri* 19, 2. * *μέλαινα γραμμὴ Nigra comma* 2, 2. * *ζωμῷ τῷ παρακειμένῳ — μελαντέρᾳ ἢ χολῇ Iusculo apposito — magis atra bilis* 20, 2.

Μελετᾶν *Se exercere equitando* 27, 2.

Μέλι Τμήττιον *Mel Hymettium* 5, 3.

Μελιταῖος κλάδος *Melitaea soboles*, h. e. *catulus Melitaeus* 21, 2. Ab Luciano de merc. condd. 34 vocantur Μελιταῖα simpliciter: e quo loco quum appareat, quales fuerint isti canes, eum placuit totum apponere: *τὸ δὲ πρᾶγμα παγγέλοιον ἦν, κυνίδιον ἐκ τῆς ἰματίας προκύπτον μικρὸν ὑπὸ τὸν πώγωνα, καὶ κατερρῆσαν πολλάκις, καὶ βαῦζον λεπτῇ τῇ φωνῇ (τοιοῦτα γὰρ τὰ Μελιταῖα) καὶ τὸ γένειον τῆς φιλοσόφου (fermo est de Thesmopoli Stoico) περιλιχμώμενον.* Ceterum certum est, catulos hosce ita dictos esse a patria; quae tamen vtrum fuerit Melite, insula maris Adriatici, inter Dalmatiam et Italiam; an Melite, insula maris Africi, inter Siciliam et Africam, incertum habetur.

Μέλλειν iunctum est hoc in libello Praesenti Infinitiui, ita vt verti possit per *velle in animo habere*, vel per Futurum, quod vocant, periphrasticum. vid. 7, 1. 11, 3. 13, 2. 4. 14, 1. 20, 1. 23, 5.

Μεμψιμοιρία *Querela* 17, 1. Quod tamen Latinum vocabulum non omnino exhaurit vim Graeci. Significatur enim a Theophrasto istud vitium quum quis non contentus forte sua, eam deplorat temere et accusat; quum quis etiam in secundis rebus quaerit et inuenire videtur, cur accusare possit iniquitatem fortunae.

Μεμψίμοιρος *Querulus* 17, 1.

Μέν fere ita positum est, etiam in hoc libello, vt ei respondeat δέ, neque tamen vbique. Latine fere nequit reddi. vid, prooem. 1. 4. 3, 1. 3. 4, 1. 2. 5, 3. 9, 1. 3. 9, 1. 2. 11, 3. 18, 3. 21, 2. 28, 1.

Μένειν ἔνδον *Se tenere domi* 22, 2.

Me-

Μερὶς *Pars ferculi: pars de cœna* 17, 1.

Μέρος τοῖς δὲ μέρος τῶν πράγματος *Aliis partem rei narrat* 6, 3. * μὴ δὲς τὸ μέρος *Quum ipse pro se nihil solverit* 9, 2. scil. θεωρικὸν ἀργύριον. Sic enim pecunia dicebatur quae pro singulis locis in theatro soluebatur, erant tum bini oboli, qui ciuibus inopibus ex aerario dabantur. * μέρος τῆς ἀγορᾶς *Pars fori* 8, 5. * τὸ μέρος *Pars virilis* 11, 4. Solebant enim legatis dari munera ab eo ad quem missi erant, ita vt legati ea diuiderent inter se.

Μεσοπορεῖν *In medio mari esse: medium cursum tenere* 25, 2.

Μέσος ἐκ τῆς μέσης ὑπελθεῖν *E medio*, h. e. *concione, abire* 22, 1. * τὸ μέσον τῆς ἡμέρας 10, 4. et μέσον τῆς ἡμέρας 26, 2. *Meridie: medio die.* * μέσην κεφαλὴν κεκαρμένος Medias comas tonsus 26, 2. Vid. supra κείρεσθαι.

Μεσός· πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεσὸν *Canis habes barbam plenam* 2, 2. * ἱμάτιον κηλίδων μεσὸν *Pallium maculis plenum* 19, 2.

Μετά· 1) cum Genitiuo. vt ἀλέσαι μετ' αὐτῆς *Molit cum ea* 4, 2. add. 16, 3. 21, 2. * προσπαίζειν τοῖς λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας *Quum quis dicit aliquid et facit, vt videatur esse amicus aliis iisque fauere et cupere* 13, 1. * μετὰ μαρτύρων *Adhibitis testibus* 18, 2. ὡς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο *Se sub Alexandro militasse* 23, 1. 2) Cum Accusatiuo. vt μετὰ τὴν ἄυριον *In perendinum diem* 13, 2. Posset etiam, saluo linguae ingenio, reddi *in crastinum diem*: ni natura περιεργίας aliud suadere videretur.

Μεταβάλλεσθαι τὰ ἱμάτια χρηστὰ *Commutat pallia bona* h. e. *nondum detrita* 5, 3. * πρόσωπα μεταβεβληκότα *Vultus mutati* 8, 2.

Μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ *Dare sibi quoque hunc iubet eorum partem aliquam* 9, 3.

Μεταξὺ *Interea* 6, 3. 7, 1. * *dum loquitur: dum garrit* 7, 2. 4.

Μεταστραφῆναι *Oculos remouere corpusque totum auertere: oculos vultumque auertere* 11, 1.

Μεταφέρειν τὰ σκεύη *Loco mouet vasa* 10, 2.

Μέτρον Φειδώνιον *Mensura Phidonia* 11, 5. vbi vide notam.

Μή *Non* 1, 2. 4. 3, 1. 3. etc. * *ne*, vel simpliciter, sequen-

quente Imperatiuo 15, 1: ſequente Coniunctiuo 1, 4. 7, 1. 18, 3: vel additis particulis ὅπως et ἵνα 10, 4. 11, 5. prooem. 3. 13, 3. 18, 2. 24, 3. * *num: an* 2, 4. 8, 1. * *μὴ μόνον Non ſolum* 5, 2.

Μηδὲ *Nec: ne quidem* 7, 2. 23, 2.

Μηδείς, μηδεμία, μηδέν, *Nullus, a, um* 1, 2. 5, 3. 6, 2. 10, 3. 18, 2. 26, 1. Scribitur etiam μηθείς — μηθέν. quam formam recepimus 10, 3. Vid. infra ἀδείς.

Μηδέπω *Nondum: necdum* 12, 4.

Μῆλα *Fetus arbutei edules*, exceptis nucibus et baccis 11, 2. Nam diſtinguuntur ibi ab καρύοις et ἀκροδρύοις. * *mala* 2, 3. Vbi iis iunguntur ἄπιοι.

Μήν· καὶ μὴν *At* 1, 3. 8, 1. * *quin etiam* 2, 5. 24, 3.

Μήν *Menſis*: ἐν τῷ μηνὶ 10, 1. et κατὰ μῆνα 16, 3. *Singulis menſibus.*

Μήτε — μήτε — *Neque — neque —* 3, 3. 10, 3.

Μήτηρ *Mater* 6, 2. 13, 2. 3. 19, 3. 28, 2. * ἡ μήτηρ τῶν θεῶν *Mater deum*, h. e. *Rhea*, ſ. *Tellus* 21, 3. Eius templum Athenis fuiſſe, e Pauſania docet Meurſius Athen. Att. 1, 10.

Μικρολογία *Sordida parſimonia: parca parſimonia: anguſtiae* 10, 1.

Μικρολόγος *Sordide parcus: parce parcus* 10, 1. 4.

Μικρός· μικρὰ πρίαθαι *Parua emiſſe* 10, 1. * μικρὸν προπέμπειν *Pallulum proſequi* 5, 1. * λέγων ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τῷ ἐνιαυτῷ *Quod haec quamuis parua, magnam tamen efficiant ſummam per annum* 10, 3. * ληκύθια μικρὰ πάνυ *Lecythi male parvae* 10, 4. * ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια *Pallia male parua* ſ. *male breuia* 10, 4. * μικρὰ τὰ κρέα κόπτειν *Carnes concidere in minutas particulas* 10, 3.

Μικροφιλοτιμία *Studium* ſ. *aucupium honoris et gloriae e rebus paruis atque friuolis: ſtudium honoris ineptum* 21, 1.

Μικροφιλότιμος *Honoris inepte ſtudioſus: qui aucupatur honorem et gloriam e rebus paruis atque friuolis* 21, 1.

Μισεῖν· μεμίσηκα *Odi* 28, 2. * ἀμισεῖν *Occultare, diſſimulare, odium* ſ. 1. Vid. ſupra λαλεῖν.

Μισητὸς *Odioſus* 26, 3.

Μισθός· ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκεῖν *Conductitiam domum habere* 23, 4.

Mi-

Μισθᾶσθαι· αὐλητρίδας μισθᾶσθαι *Tibicinas conducere* 11, 2. add. 22, 2. 3. * μεμισθωμένοι *Mercede conducti* 24, 2.

Μισθωτοὶ *Mercenarii* 4, 2.

Μνᾶ ἀργυρίου *Mina argenti* 21, 2 * χρέος τριάκοντα μνῶν *Debitum triginta minarum* 11, 5. Mina attica conſtitit drachmis centum.

Μνᾶσθαι· μεμνῆσθαι *Meminiſſe* 1, 2. 24, 1: vbi tamen eſt non tantum *meminiſſe*, ſed etiam *commemorare*.

Μνῆμα *Monumentum*: *ſepulcrum* 14, 3. 16, 2. 21, 2.

Μόλις *Vix*: *aegre* 18, 2.

Μόνος *Solus* 8, 3. 14, 2. 19, 4. * μόνον *Tantum* 26, 1. * μὴ μόνον 5, 2. et οὐ μόνον 8, 4. *Non ſolum*.

Μοχλὸς *Obex*, *ſera* 18, 2. Non *peſſulus*. Nimirum apud veteres primo lignum fere ferratum et ſimile vecti opponebatur foribus, quod eas non ſineret aperiri. dicebatur Graece μοχλὸς, Latine *obex*: *ſera*. Sed deinde per μοχλὸν immittebatur ferrum breve, quod obicem affigeret poſtibus prohiberetque, ne poſſet amoueri. vocabatur a Graecis βάλανος, a Latinis *peſſulus*. Itaque verba ἀπίσω, ἀφ' ὁ μοχλὸς ἐς τὴν θύρην τὴν αὐλείαν ἐμβεβλημένος mihi cum cel. Fiſchero reddenda eſſe videntur: *an fores veſtibuli clauſae ſint obice*.

Μυεῖσθαι *Initiari*: *ſacris dei alicuius imbui* 25, 1.

Μυίαι *Muſcae* 25, 4.

Μύρον *Vnguentum* 4, 1.

Μυροπώλιον *Taberna vnguentaria* 11, 3.

Μῦς *Mus* 16, 2.

Μυστηρία *Myſteria* 3, 2. 3.

N

Ναυμαχία *Pugna naualis* 8, 4.

Νεκρὸς· ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν *Ad cadauer accedere* 16, 2. * πόσους οἴει ἐξεννενέχθαι νεκρὸς *Quot putas elatos eſſe mortuos* 14, 2.

Νεόττια proprie *pulli*: deinde ita vocantur *liberi* 2, 3: ita tamen vt Diminutivum ibi non tam aetatem teneram reſpiciat, quam blanditias potius Adulatoris augeat. Fere vt noſtr. *Hühnchen*, *Täubchen*.

ἐς Νέωτα *Anno inſequente*: *anno proximo* 3, 2.

Νήφειν *Sobrium eſſe* 6, 1.

Νικᾶν· πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες *Quum narrant victorias terreſtres et nauales* 8, 4. Eleganter enim feciſſe aliquis dicitur ipſe id, quod narrat ab aliis factum eſſe. * ὡς — ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε

νίκησε *Regem* victorem e pugna discessisse 8, 2. * νικήσας τραγωδοῖς *Quum victor discessit e certamine tragico* 22, 1. * νίκην νικήσας *Quum victor discessit e iudicio* 17, 2.

Νίκη *Victoria:* de victoria in iudicio 17, 2.

Νομίζειν *Putare* 14, 4.

Νεμηνία *Nouilunium* 4, 4.

Νῦν· οἱ νῦν ἄνθρωποι Huius aetatis homines 3, 2.

Νύξ· τῆς νυκτὸς *Noctu* 3, 1. 4, 3. 14, 2.

Νυστάξαι *Dormitare* 7, 4.

Ξ

Ξενίζειν *Hospitio excipere: hospites habere domi* 20, 3.

Ξένια *Munera:* quae dabantur legatis ab eo ad quem missi erant 11, 4. Vid. supra vocab. μέρος.

Ξενοδοχία· διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας *Quod sit angustior ad hospites excipiendos* 23, 4.

Ξένοι *Peregrini* 3, 2. 23, 1. 26, 4: vbi opponuntur τοῖς πολίταις. Idem fit 5, 2: vbi τὰς ξένας εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγεσι τῶν πολιτῶν dictum est pro εἰπεῖν ὡς οἱ ξένοι —. * *hospites* 5, 3. 9, 2. Erant enim hospites vel privati, vel publici: hos Athenis fere ciues opulenti excipere suisque sumtibus alere debebant. nam etiam ξενοδοχία erat in λειτουργίαις.

Ξυλίνη ταινία *Lignea taenia* 22, 1.

Ξύλα *Ligna:* *materies* 23, 2. Intelligitur materies apta et idonea ad fabricandas naues, quod genus abies, pinus etc. Liu. 45, 29 et epit. 47 vocat *nauale materiam.*

O

Ὁ, ἡ, τό· οἱ μὲν — οἱ δὲ — οἱ δὲ *Alii — alii — alii* 6, 3. add. ibid. 4. 5, 2. 8, 4: vbi est οἱ μὲν — οἱ δὲ — εἰσὶ δ' οἱ —. * fere certam rem, certam personam, indicat, vt 8, 1. 25, 4 etc. * Facit saepe periphrasin. vt τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας *In concione* s. *publice acta et decreta* 4, 2: τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης *Fercula:* 2, 4: τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς *Obsonia et vtensilia* ibid. οἱ ἐν τῇ πόλει 2, 1. 5, 3. 8, 3. sunt *qui in vrbe commorantur et habitant* h. e. non tantum πολῖται, sed etiam ξένοι. 3, 2 τὰ ἐν τῇ γῇ *Sata* 8, 2 οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν *Magistratus* 23, 2 οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ — οἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ *Vasculatii Asiatici* —

Europaei. add. 9, 3. Sic 7, 2 ἑϊ καθ' ἕνα *Singuli* vt 3, 1 τὰ καθέκαστα *Singula* 8, 3 τὸ τῆς τύχης *Poteſtas et imperium fortunae:* alii accipiunt de *leuitate, inconſtantia, crudelitate, impotentia fortunae.* per ſe non male. Sed ſequentia verba videntur magis confirmare alteram interpretationem. 25, 2 τὰ τᾶ θεᾶ *Caelum:* aut *mare.* * τὸ ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον *Viaticum publicum* 11, 3. * τὰ κατ' ἀγρὰς Διονύσια *Dionyſia ruſtica* 3, 3. Nonnunquam Neutrum additur Infinitiuis, ad exprimenda vel nomina vel Gerundia. vt τὸ προοιμιάζεσθαι *Praefatio* prooem. 4: τὸ ζῆν *Vita* 3, 2: ἐν τῷ περιπατεῖν *Inter ambulandum* 24, 1. add. 23, 5 διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι *Quod anguſtior ſit.* * τα pro τινος, 4, 3. * τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα *Etiam haec ſunt eiusdem generis: quo pertinent etiam haec* 11, 5.

Ὅδε· περὶ τᾶδε *De iſta re* 8, 1.

Ὁδός *Via* 4, 4. 16, 1. 17, 2. 18, 2. 22, 2. 23, 2. 24, 1. 2. * *iter* 12, 1. ὁδοὶ *Vide* 4, 2. 11, 4.

Ὀδούς· ὀδόντες λευκοὶ *Dentes candiduli* 5, 3. * ὀδόντες μέλανες καὶ ἐδιόμενοι *Dentes nigri et exeſi* 19, 2.

Ὀζειν *Olere* 4, 1.

Οἶκαδε *Domum* 21, 2. 4. 22, 2.

Οἰκεῖοι *Neceſſarii: familiares* 4, 1. 20, 2. 28, 3. Primo vltimoque loco coniunguntur cum φίλοις.

Οἰκέτης *Seruus* 10, 2. 12, 3. * οἰκέται *Serui* 4, 1. 11, 4.

Οἰκεῖν *Habitare* 6, 2. 23, 5. 26, 5: vbi verba δεῖ αὐτὸς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν; verte *Eos vero et me opporteat vrbem incolere?* Conſtruitur vbique cum Accuſatiuo.

ἐκ Οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν *Non eſt quod me cogat habitare in vrbe: poſſum hinc migrare alio* 26, 2.

Οἰκία *Domus* 2, 5. 4, 3. 6, 2. 7, 3. 8, 3. 9, 3. 10, 1. 16, 1. 2. 20, 3. 22, 3. 23, 5.

Οἶκοι *Domi* 11, 3.

Οἰκονομία· ὃν τρόπον οἰκονομίᾳ χρῶνται. *Quomodo virtutes quisque vitiaue oſtendat et proferat* prooem. 2. Nimirum οἰκονομία ſaepe ſignificat ſimpliciter *adminiſtrationem, diſpenſationem, moderationem, exercitationem:* vt οἰκονομεῖν non raro valet *moderari, regere.* Sic Xenoph. Memorr. 4, 3. 13 de deo

deo mundum moderante, *τόδε οἰκονομῶν*. Et illo quidem Theophrasti loco contextus satis docet intelligi *exercitationem virtutum et vitiorum*. Iam *οἰκονομίᾳ χρῆσθαι* idem est quod *οἰκονομεῖν*. Itaque *οἰκονομίᾳ χρῆσθαι* apud Theophrastum apparet esse *ostendere, proferre, virtutes vel vitia*. Oratio enim sic cohaeret. Theophrastus ait, se velle exponere de singulis virtutibus et vitiis, et quidem ita, vt primo vim et naturam virtutis cuiusque ac vitii declaret: deinde etiam ostendat, quibus modis, qua ratione, virtus quaeque et vitium declaretur et prodatur.

Οἰκότριος *Mercenarius qui se ipse alit, qui suo ministrat cibo* 22, 1.

Οἰνάριον *Villum* 17, 1.

Οἰνοπωλεῖν *Vinum vendere* 11, 3.

Οἶνος *Vinum* 2, 4. 11, 3. 13, 2.

Οἰνοχόος *Pocillator*: puer qui pocula temperat et ministrat 19, 4.

Οἴομαι *Puto* 14, 4. 8, 3: Verba *πῶς οἴεσθε* videntur *ἐν παρενθέσει* posita, sicut formula *πῶς δοκεῖς*; apud Aristoph. Plut. 742: vbi vid. Berglerus, etiam ad v. 879.

Οἷος positum occurrit hoc in libello, vel simpliciter, vt 10, 2. vel praemissis Pronominibus *τοιοῦτός τις*, vt 1, 1. 2, 1. 4, 1. 5, 1. 6, 1. 7, 1. 8, 1. 10, 1. 12, 1. 13, 1. 14, 1. 15, 1. 16, 1. 18, 1. 19, 1. 20, 1. 21, 1. 22, 1. 23, 1. 25, 1. 27, 1: item verbis *τοιόσδέ τις*, vt 17, 1. 24, 1: et, addito Verbo Substantivo, *τοιόσδέ τις ἐστὶν*, vt 28, 1. Sed 3, 1 est *τοιοῦτός ἐστιν οἷος*· et 9, 1. 11, 1. 26, 1. *τοιοῦτος οἷος*. Vbique Pronomen istud sequitur Infinitivus, ita vt *οἷος* reddi possit *qui solet*: sed potest in vertendis formulis illis etiam Praesens absolute adhiberi. v. c. 1, 1 *ὁ δὲ εἰρων τοιοῦτός τις οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, ἐ μισῶν Iron conuenit inimicos colloquiturque cum iis, dissimulans odium* 10, 2 *οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη Loco mouet vasa*.

Ὀλιγαρχία *Oligarchia*: quum ciues pauci, non virtute praestantes ceteris verum nobilitate generis divitiisque excellentes, hoc agunt, vt arripiant imperium ciuitatis, ea inuita, suisque rationibus, non ciuium saluti, consulant 26, 1.

Ὀλιγαρχικὸς *Oligarchicus:* qui, praeſtans generis nobilitate et diuitiis, non virtute, affectat, cum aliis paucis ſui ſimilibus, imperium ciuitatis 26, 1.

τὸ Ὅλον *Omnino* 1, 3. 10, 4. intell. κατὰ.

Ὅμηρος Homerus 26, 1.

Ὁμιλεῖν *Verſari* prooem. 2. 3. Declaratur eo fere aſſidua et familiaris conſuetudo, Conſtruitur cum tertio Caſu, et poſteriori loco iunctum ſibi habet verbum συνεῖναι.

Ὁμιλία *Conſuetudo* 2, 1. 15, 1.

Ὀμνῦναι μέλλων — ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα *Iuraturus — ſe etiam antea ſaepe iuriſſe* 13, 3. Oſtendere vult περιέργος, ſe iam multis profuiſſe iureiurando. * ὀμόσαι ταχὺ *Iurare facile et temere* 6, 1.

Ὅμοιος· τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι *Imaginem eſſe ſimilem* 2, 5. * ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον *Improbitas eiusdem nil habet ſimile*, h. e. *ſumma, ſingularis, eſt* 28, 2. * καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκα ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ *Qui* [liberi] *vbi acceſſerint, eos ait adeo ſimiles eſſe parenti: vt ficus ſimilior eſſe fico non poſſit* 5, 2. Eſt enim forma loquendi contracta, pro ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ ἢ σῦκον σύκῳ. Cf. infra σῦκον.

Ὁμοίως *Eodem modo* prooem. 1.

Ὁμολογεῖν· μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογῆσαι *Nihil eorum quae agit, prodit et profitetur* 1, 2. * *paciſci; conuenire cum aliquo de re aliqua:* aut omnino *promittere, polliceri* 1, 2. * ὁμολογουμένης τῆς πράγματος δικαίας οὔσης *Quum res aperte et manifeſte vera ſit* 13, 1.

Ὁμοτρόπως· καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους *Et eiusmodi vocibus aliis vtitur apud hoſpites et apud ciues ipſius ſimiles* 26, 4. conf. Degen ind. An. h. v.

Ὀναροκρίτας *Coniectores* [Cic. de diu. 2, 63] h. e. *ſomniorum interpretes* 16, 2.

Ὄνομα *Nomen* 2, 1. 22, 1. * τὄνομα 13, 3. * ὀνόματα *Nomina* 23, 4.

Ὀνομαστὶ *Nominatim* 11, 2.

Ὄνος *Aſinus* 4, 2.

Ὄνυχες *Vngues* 19, 1.

Ὀπισθεν *Pone* 18, 2: vbi opponitur τῷ ἔμπροσθεν.

Ὁπλόμαχοι *Hoplomachi:* qui certant inter ſe et pugnant armis 5, 4.

Ὀπτε-

Ὀπτεδαι· πότε αὐτὸν ὄψεται; *Quando ipsum visurus sit?* 5, 1.

Ὅπως *Vt:* cum Indicatiuo, vt 10, 4. 21, 1: cum Coniunctiuo, 21, 2. 4. 23, 3, * ὅπως μὴ *Ne:* cum Optatiuo 18, 2: cum Coniunctiuo prooem. 3. 2: cum Indicatiuo 13, 2: 24, 3: vbi ante ὅπως intelligi debet ὅρα, qui Imperatiuus additus est 1, 4. * ὅπως ἄν *Vt* 7, 5. * ὅπως δέ σοι ἀπιστήσω ἢ ἐκείνα καταγνῶ, ἀπορῶ· *Nescio quomodo tibi non habeam fidem aut quomodo dubitem de eius fide*, h. e. *neque de tua fide dubito neque de illius grauitate.* 1, 3.

Ὁρᾶν *Videre:* *cauere* 1, 2. 4. 2, 2. 3. 8, 2. 11, 2. 25, 3. 4.

Ὄρεξις *Cupiditas: auiditas* 21, 1.

Ὀρθῶς· σὺν δὲ — ἀδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω *Tuum est — videre, an recte dixerim* prooem. 4. * ἐπισημήνασθαι — ὀρθῶς *Acclamat — Recte* 2, 3.

Ὀρίγανον *Origanum: cumila* 10, 3. Erat apud veteres in condimentis.

Ὁρίζεσθαι *Describere* prooem. 4. 7, 1.

Ὅρμαθοι γραμματιδίων *Fasces magni litterarum* 6, 4. Ὅρμαθὸς enim proprie est *serta e caepis similibusue rebus contexta*, vt Casaubonus animaduertit. Sed deinde dicitur de *numero et multitudine aliarum rerum, eaque fere magna et continente.* vt ὅρμαθοι Ἐρώτων *Magnus numerus, magna series, Amorum*, apud Anacreont. Odar. 32, 11.

Ὀρνιθοσκόπος *Auspex: augur* 16, 2. 19, 3.

Ὅρος in libris philosophorum valet fere *definitionem*, et distinguitur a τύπῳ h. e. *descriptione.* Sed hoc in libello ὅρος et τύπος declarant vnum idemque h. e. *descriptionem.* Nam formulae 5, 1. 20, 1. ὅρῳ περιλαβεῖν. 9, 1 ὅρῳ λαβεῖν· et 14, 1 ὅρῳ εἰπεῖν idem significant quod 11, 1 διορίσασθαι et 7, 1 ὁρίζεσθαι *Describere* * ὅροι 10, 2. vbi vide notam.

Ὀρφεοτελεσταὶ *Orpheotelestae:* 16, 3. confer ibi notam.

Ὀρχεῖσθαι *Saltare* 6. 1. 12, 3. 15, 3.

Ὅς, ἥ, ὅ *Qui, quae, quod* prooem. 2. 8, 3.

Ὁσημέραι *Quotidie* 10, 2. 21, 2.

Ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο *Quot velim mihi sint et tibi* 14, 4. vbi vide notam. * ὅσα τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις

προσκείμενα *Quae vitia virtutesue insint in quoque* procem. 2. add. 9, 3. 10, 1. 13, 1. 23, 1. 2. 4.

Ὅστις *Qui: quicunque* 3, 3. * ὁστισῶν *Quicquid etiam* 7, 1.

Ὅσῳ ἐς τὸν ζωμόν *Os quo adiungetur ius* 9, 2.

Ὅταν *Quando: quum: vbi* 4, 2. 5, 3. 6, 3. 7, 2. 8. 11, 1. 16, 2. 18, 2. 22, 2. 24, 2. 26, 2.

Ὅτι *Quod: quia* 2, 2. 3, 2 etc. * saepe redundat, vt ὡς, nec Latine reddi potest, quum referuntur alicuius verba, vt 2, 4, 17, 3. 24, 3. 26, 1. * 17, 2. Sensus loci est, *Quomodo vero, inquit? quod pecunia cuique sua reddenda sit?* —

Οὐ· οὐκ· οὐχ· *Non* prooem. 1. 1, 3. 2, 2 etc.

Οὐδὲ *Neque* prooem. 1. 6, 4. 7, 5. 23, 4.

Οὐδείς — ἐν *Nullus — nihil* 1, 4. 2, 1. 4, 1. 8, 1. 15, 3. 24, 1, 28, 2. * οὐδεμία σοὶ χάρις *Ego vero gratiam tibi habeo nullam* 9, 3. Quae verba redolent vrbanitatem et elegantiam Articam. Ἀναίσχυντοι vernaculi dicerent; sit venia verbis; *thue du mir was anders.* * οὐδὲν λέγειν, quae formula occurrit 7, 1. vsurpatur de iis qui dicunt vana et falsa, vel certe superuacanea neque ad rem pertinentia.

Οὐδέποτε *Nunquam* 17, 2.

Οὔτε — οὔτε *Neque — neque* 24, 2. Sed ter repetitur 10, 2. 15, 2. 3. 16, 2.

Οὗ *Vbi* 5, 3. * *quo* 13, 1

Οὐλαὶ *Mola salsa* h. e. *far tostum et sale mistum* 10, 3.

Οὖν *Igitur* prooem. 4, 1, 1. 8, 2. 12, 1. * ἀλλ' ἂν *At sane* 8, 3.

Οὖς *Auris* 2, 5.

Οὐσία *Res: facultates* 17, 2.

Οὗτος, αὕτη, τοῦτο *Hic haec, hoc* 2, 1. 4, 3. 14, 1. etc. * τουτί, pro τοῦτο, 2, 4. * καὶ τοῦτο *Quin etiam: atque adeo* 6, 3, vbi vide notam.

Οὕτω *Sic: eodem modo: tam: adeo* 1, 3. 12, 3. 16, 1. 17, 2. 18. 1. * ὥτως *Eodem modo: sic* prooem. 4. 8, 5.

Ὀφείλειν· χάριν ὀφείλειν *Gratiam debere* 17. 3. * τὰς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον — ἀπαιτεῖν τὰς τόκους *Ab debitoribus — exigit vsuram* 18, 2. * ἀργύριον ὀφειλόμενον *Pecunia debita* 14, 3. * ἐρήμας δίκας ὠφλήκασιν *Ob desertum vadimonium multantur* 8, 4. Sic 12, 1. δίκην ὠφλῆκώς ἐγγύης dicitur *is qui spopondit pro*

pro aliquo, et, quoniam is pro quo ſpopondit, non eſt ſolvendo, damnatus eſt vt ipſe creditori ſatisfaciat pecuniamque reddat.

Ὄφις *Serpens* 16, 1. Nam capta a veteribus eſſe auſpicia ex ſerpentibus in domo viſis, intelligitur ex iis quae habet Suidas in vocab. οἰωνιστική. Vocabatur pars iſta divinationis οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, de quo ſcripſerat Xenocrates. vid. Suidas in Ξενοκράτης.

Ὀχεῖσθαι ἐφ' ἵππῳ *Vehi equo* 27, 2.

Ὄχλος *Turba: multitudo* 26, 2. * περιΐσασθαι τὰς ὄχλας *Colligere circa ſe turbam* 6, 3.

Ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν *Se veſperi domum reuenisſe* 1, 2.

Ὀψιμαθὴς *Sero diſcens* 27, 1.

Ὀψιμαθία *Sera eruditio* 27, 1. Comprehendit autem Theophraſtus hoc vocabulo non tantum ipſam eruditionem ſeram, ſed etiam vitia ſerae eruditionis, id quod, et deſcriptio declarat, et exempla ſubiecta docent.

Ὄψον *Obſonium:* h. e. quicquid cum pane comeditur, quod genus carnes, olera 11, 5, 28, 3.

Ὀψωνᾶν *Obſonare* 9, 2. 10, 3. 11, 2. 18, 2, 22, 2. * τὰ ὠψωνημένα *Obſonia emta* 11, 2.

Π

Πάθήματα *Vitia* prooem. 4.

Παιδαγωγὸς *Paedagogus:* cuſtos atque comes puerorum ingenuorum aſſiduus 9, 2.

Παιδάριον *Puerulus: ſervulus* 11, 4.

Παιδεύεσθαι *Inſtitui* prooem. 1. Pertinet ad omnem *diſciplinam*, et *publicam* et *privatam.*

Παιδιὰ 11, 1. pertinet cum ad verba, *locus*, tum ad facta, *Ludus.*

Παιδίον *Infans* 2, 1. * τὰ παιδία *Liberi* 2, 3. 5, 2. 7, 5. 14, 3. 16, 3.

Παιδοτρίβαι *Paedotribae:* qui adoleſcentes docebant artem luctandi aliasque ſimiles 7, 3.

Παίζειν μικρὸν ἀνδριάντα 27, 2.

Παῖς *Puer* h. e. *ſeruus* 2, 5. 8, 1. 11, 5. 1. 2. 3. 13, 1. 14, 3. 18, 1. 2. 21, 2. 23, 5. 24, 3. 25, 2. 3. * παῖδες *Pueri* ingenui 7, 3.

Πάλαι *Dudum* 7, 2.

Παλαίστρα *Palaeſtra:* locus in quo veteres ſe exercebant luctando 5, 4. 7, 3.

Παλαίστρικὸς κόνις *Palaestricus: puluis* 5, 4. Vid. ſupra κόνις.

Παλαίω. παλαίειν *Luctari* 14, 3. * καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν τρέφει *Et, veluti luctans, in balneo crebrius nates agitat* 27, 3. Vid. ſupra vocab. ἕδρα.

Παλιλλογίαι *Dicta ante dictis contraria* 1, 4, Nam πάλιν in multis verbis compoſitis valet *contra*.

Πανδοχεῖον *Deuerſorium:* publicum recipiendis viatoribus et hoſpitibus, in quo omnia quae ad victum pertinent, habentur promercalia.

Πανδοχέυειν *Cauponem eſſe* 6, 2. Habita autem fuiſſe πανδοχεῖα cum ipſis cauponibus infamia, adeo vt ne ſervi quidem paullo liberaliores illuc intrarint, apparet abvnde e locis Platonis atque Iſocratis, quae laudarunt Caſaubonus et Schwarzius.

Πανήγυρις *Coetus hominum magnus quiuis.* vnde 6, 3. ἐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὑτῷ ἢ ὅταν ἢ πανήγυρις *Neque aliter infamiam vult ſpectari ſuam, quam circumfuſa magna hominum multitudine.*

Παντοδαπαὶ φύσεις *Varia ingenia: varii homines ingenii* prooem. 2.

Παντοποιὸς *Audax: promtus et paratus ad audendum quidquis* 6, 1.

Πάνυ· πάνυ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα *Omnino miſera eſt eorum vitae ratio* 8, 5. * ληκύθια μικρὰ πάνυ *Lecythi male paruae* 10, 4.

Πάππος *Auus* 19, 1.

Παρά· 1) cum Genitiuo. vt γράμματα ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου *Litteras allatas eſſe ab Antipatro* 23, 2. * κομίσασθαι παρ' Ἀρχίου τὰς ταρίχους *Emit ab Archia ſalſamenta eaque domum refert ipſe* 4, 4. add. ibid. 3. 11, 3. 18, 3. * παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν *Ab filio diſcit* 27, 1. add. ibid. 2. * ἐράνου ἀσυνεχθέντος παρὰ τῶν φίλων *Si pecunia collata fuerit ab amicis* 17, 3. * συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως — *Mandari ſibi iubet a Prytanibus vt* — 21, 2. 2) Cum Datiuo. vt παρ' αὐτῷ *Domi ſuae* 20, 2. * δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ *Coenat apud alium* 9, 1. * Se 4, 1. τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις — ἐν ἀγρῷ, verba ἐν ἀγρῷ ſunt interpretamentum verborum παρ' αὐτῷ· vt 8, 3. παρὰ τούτοις explicatur per ἐν οἰκίᾳ.

οἰκία. 3) Cum Accusatiuo. vt παρ' αὐτὸν καθίσαι *Iuxta se collocat* 5, 2. add. 21, 1. * παρὰ τὸ προσῆκον *Temere et nullo iure* 17, 1. * παρὰ πότον *In conuiuio: inter pocula* 27, 1.

Παραγγέλλειν *Imperare* 13, 2. Est enim verbum proprium quod de imperatoribus atque ducibus adhibetur.

Παραγίνεσθαι· ἄρτι παραγεγονέναι *Se modo domum reuenisse* 1, 2. * παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης *Qui redierit ex ipsa pugna* 8, 1. * παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν *Venisse eum in Macedoniam* 23, 2. * ἵνα παραγένηται *Vt adsit* h. e. *vt funus curet* 14, 2. *Adesse* eodem sensu legitur apud Terent. Andr. 1, 1, 80.

Παραδείγματα *Exempla* prooem. 3.

Παραδειπνεῖσθαι *Coenam perdere: coena priuari: domi coenio affici: coena comesa venire* 8, 4.

